


74
7761



Rara





Gratiadei de Esculo, Quaestiones.

Ven. 1484

42 (S. 1000) 1800. O. 1000



74
7761

Rara


42 (statt 44) BV. ohne das 1. u. l. w.


Coll. M.



44/74/7761 (4) *Reise*







Incipiunt questiones fratris gratiadei de esculo
 excellentissimi sacre paginis doctoris pdicatoru
 ordinis per ipm in florētissimo studio patavinio
 disputate feliciter.

Questio

prima est. Utrum
 ens mobile et non
 corpus mobile sit
 subiectus natura-
 lis phie. Et videtur
 quod non. Id enim quod
 supponitur in scientia
 ex eo quod est subie-
 ctus proprie passio-
 nis est proprie subiectus
 scie: sed corpus sup-

ponitur naturali phia ex eo quod est subiectus motus quod est propria
 et prima passio naturalis. ergo corpus est naturalis phie subiectus.
 Minoris declaratio est. quod motus supponitur in primo
 physico. supposito autem motu necesse est sup-
 poni et motus subiectus quod est corpus: quod nihil mo-
 uetur nisi corpus. igitur ibidem supponitur corpus non propter
 aliud nisi quod est subiectus motus. Preterea cuius
 principia et proprietates considerantur in scientia est scie subie-
 ctus: sed in naturali phia sicut patet discurrendo per
 singulos libros eius inquiruntur principia et proprietates
 corporum. Unde in libro de celo philosophus dicit quod scientia de
 natura fere plurima videtur circa corpora magnitudi-
 nes et horum extrinsecas passiones et motus. adhuc autem
 circa principia quecumque talis substantie sunt. ergo corpus
 est subiectus in scientia naturali. Si dicitur quod hoc non inquiruntur
 in scientia naturali in quantum sunt principia et proprietates corporis
 sed in quantum sunt principia entis mobilis quod re est idem
 quod corpus non autem ratione. Contra. Queadmodum in
 pradicta principia non inquiruntur in scientia naturali in quantum
 sunt principia corporis: sic etiam in motu et multo magis non
 inquiruntur ibidem in quantum sunt principia entis cui sunt
 principia corporis vlti sumpti non autem entis. Inquiruntur
 autem in quantum sunt principia mobilis: sed corpus
 mobile non dicitur corpus in eo quod corpus sed in eo quod
 mobile: sicut et ens mobile non dicitur ens in eo quod
 ens sed in eo quod mobile. Sicut igitur dicitur potest quod in
 dicta scientia supradicta principia inquiruntur que sunt
 entis mobilis eo quod ens mobile non dicitur ens sim-
 pliciter sed secundum quod mobile: sic etiam dicitur potest quod ibi
 inquiruntur principia corporis mobilis: quod hoc non dicitur
 corpus in eo quod corpus sed in eo quod mobile. ergo corpus
 mobile est subiectus scie supradicte et non agens ens
 mobile: sicut principia mobilis magis sunt principia cor-
 poris quam principia entis. Preterea eiusdem scie est
 considerare re et modum rei: sed mobile addit entem non
 sicut dicitur quod ens dicitur non habet sed sicut modus qui
 dicitur. igitur si additio bona est ad eandem scientiam specta-
 bit considerare ens et mobile: sed scientia que considerat
 ens est prima phia igitur et illa que considerat mobilis
 le: sed hec est phia naturalis. ergo naturalis phia est phia prima.

quod est impossibile. Si dicitur quod est duplex modus
 entis quod generalis et specialis: et generalis pertinet ad eandem
 scientiam ad quam pertinet considerare de ente: non autem spe-
 cialis. mobile autem est specialis modus entis non ideo quod
 scientia ad quam spectat eius consideratio sit prima phia

Contra modus entis specialis non est modus entis in
 vniuersali sed est modus alicuius specialis entis. Si igitur
 mobile est non generalis sed specialis modus erit necessa-
 rio modus non entis vltis sed huius entis. Nunc autem
 ita est quod quilibet modus non dicitur esse immediata additio
 et bona addendum est ei cuius est primo modus. Si igitur
 mobile est modus entis specialis quod necessario est cor-
 pus necessario debet primo adiungi corpori et non entem
 cuius est modus secundario et ex consequenti. et sic dice-
 tur corpus mobile maxime primo: et propriissime: ens
 autem mobile erit dictum secundarium: sed quod primum est
 ponitur subiectum scie et non secundarium. ergo corpus mo-
 bile et non ens mobile est subiectum in naturali phia.

Preterea quicquid aliqua passio per accidens se-
 habet ad aliquid subiectum de ipsa respectu illius subie-
 cti non potest esse scientia nisi per accidens: sed mobile per acci-
 dentes se habet ad ens cum nec essentialiter conveniat entem
 nec consequatur principia entis in quantum ens. ergo de
 mobili respectu entis non potest esse nisi per accidens scientia.
 si itaque naturalis phia est de mobili adiuncto entem: naturalis
 phia erit scientia per accidens. quod est inconueniens. Si
 dicitur quod naturalis non considerat mobile sicut passionem sed
 sicut rem formalem sui subiecti. sicut autem passiones
 considerat motum qui per se convenit entem mobili eo quod
 consequitur principia eius: et ideo naturalis phia est scientia per se.

Contra prima propria passio dicitur aptitudinem et
 non actum: sed motus dicitur actum et mobile aptitudinem
 non igitur mobile et non motus considerat naturalis phis
 sicut propriam passionem. Preterea propria passio
 semper inest suo subiecto: motus autem nec entem mo-
 bili nec entem semper inest: quod contingit dare ens mo-
 bile absque eo quod moueatur actu. ergo motus non est
 propria passio entis mobilis. constat autem quod hoc quod
 dicitur mobile est essentialiter corpori et consequitur principia
 corporis et semper ei inest eo quod semper si est dare corpus
 est dare mobile. ergo mobile est propria passio corporis
 et corpus ipsius subiectum: et similiter est subiectum proprium
 naturalis phie in quantum eius passio est mobile. Pre-
 terea in sexto physico probatur: quod quicquid mouetur est
 corpus: et ideo etiam corpus contingit moueri et sic motus
 conuertibiliter inest corpori: sed quod conuertibiliter inest
 alicui et non est de essentia eius est propria passio ipsius.
 motus autem conuertibiliter inest corpori vlti probatur et non
 est de essentia corporis: ergo propria passio eius: ergo et corpus
 est proprium scie naturalis subiectum. Preterea quod
 est de intellectu alicuius: aut pertinet ad eius essentiam:
 aut est proprium eius subiectum. nunc autem corpus est de
 intellectu motus. quod non contingit intelligere motum non
 intellectu corpore: et non est corpus de essentia motus
 igitur est proprium ipsius subiectum: et per consequens est proprium sub-
 iectum naturalis phie. Preterea si totum aliquid est subie-
 ctum totius et partis scie debet esse subiectum per subiecti
 vltis: nunc autem scientia libri de anima est per scientie naturalis et

Questio

ibi agit de anima que nō est ps subiectina entis mobilis. ergo ens mobile non est subiectū totius scientie naturalis. Preterea subiectū scientie ē pdicabile de omnibus de quibus agit in scientia sed ens mobile non predicat de omnibus de quibus agit in naturali philosophia: cū non predicetur de motore separato de quo agit in libro physicozū. ergo ens mobile non est subiectū scientie naturalis. Preterea in libro pmo physicozū fm omnes agitur de pncipijs subiecti scientie naturalis: sed pncipia de quibus agitur ibi sunt materia forma et pncipio: et hec non sunt pncipia nisi corporis. ergo corpus est proprie subiectū in philosophia naturali et non ens mobile. Preterea quandoctūq; aliqua duo pdicata tali ordine attribuntur alicui qd pncipū est ratio attributio nis secundi: quicqd est ratio et causa quare alicui attribuit pncipū est etiā ratio et causa quare eidez attribuit et secūdū. Nūc aut sic est qd hec duo qd sunt esse mobile et esse consideratū naturalis philosophie tali ordine attribuntur enti. quod eē mobile est ratio quare sibi attribuit eē de consideratione scientie naturalis. ergo quicquid est ratio qd esse mobile enti attribuat est etiā ratio qd sibi attribuat hoc quod est esse de consideratione scientie naturalis. Constat aut qd ens non est ratio corpi qd sit mobile. quia si ideo corpus esset mobile qd est ens: tunc omne ens esset mobile. quod falsū est. est tamē corpus enti ratio qd ens ipm sit mobile. vnde et omne corpus est mobile. ideo corp^o ratione sui est de consideratione naturalis philosophie: et ens non ratioe sui sed ratioe corporis. Quod autē ratione sui in scientia considerat: etiam illa ratione ipsius est propriū subiectū scientie. ergo corpus est propriū subiectū naturalis philosophie.

Preterea. quādo aliquę due scientie se habēt sicut subalternās et subalternata earum est idem subiectū: magis tamē minusq; contractū. quia scientia subalternata contrahit subiectū subalternatū: sicut habemus pmo posteriorū. habent autē se modo pdicto scientia de celo et scientia physicozū. ergo iparū debet esse idem subiectū: magis tamē ac minus contractū. Nūc autē in libro de celo agitur de mobili ad situm: quod non est nisi corpus. igitur eius subiectū est corpus mobile ad situm. et per consequēs subiectū libri physicozū quod est idem cum subiecto totū naturalis philosophie est corpus mobile simplex. Et pterea idem sunt ens mobile et corpus mobile cum sibi inuicē conuertant. ergo si corpus mobile nō est subiectū naturalis philosophie: nec per consequēs ens mobile erit subiectū ipsius. ¶ In contrariū est quod philosophus ait in. xi. metaphisice: vbi dicit qd naturalis pncipia et proprietates speculatū entū inquantū mota. Respondeo dicendū de hac questione diuersas opiniones esse. Quidam enim non pfunde et subtiliter sed solū superficialiter aspicientes rationē subiecti scientie naturalis vidēt

tes qd philosophia est de naturalibus. Naturalia aut sunt quozū pncipiū est natura. natura vō ē pncipiū motus: et moueri nō potest aliquid nisi si sit corpus. Cōcluserūt et concludunt qd corpus motū vel corpus mobile debet esse. pncipū subiectū ipsius non ens mobile. Quod autē hoc habeat veritatē vltorius conati sunt et conātur triplici modo ostendere. Et pncipū est quia omnis scientia que est vere scientia debet ea que considerat ad per se nota et imediata reducere. est autē naturalis philosophia scientia et vere scientia. debz igit facere ad aliq per se nota et imediata reduciōez. hoc autē vt dicitur est impossibile: si non corpus mobile sed ens mobile ponatur subiectum ipsius. Cuius rationem assignant. quia quando aliqua scientia versatur circa passionem sic vt sit scientia passionis illi? si non accipitur in ipsa aliquod subiectum equatū illi passioni ea que de passione dicit ad per se nota et imediata reducere non potest. Cuius aut dicitur declaratio est. quia tunc solum fit reductio ad imediata quando fit ad pncipia rerum pncipia. pncipia aut pncipia cuiuslibet passionis sunt pncipia subiecti et ideo tūc ea que de passione dicuntur sunt reducta ad imediata quando est facta reductio vsq; ad ipsa pncipia subiecti. Si autem scientia que est de passione aliqua non accipiat pro subiecto sue passionis aliquid cuius pncipiū considerat: sed id cuius consideratio spectat ad scientiā altiorē: cui nulla scientia suos limites transcendat: talis philosophia ad illius subiecti pncipia suam passionem reducere non poterit: et per consequēs nec reductionem facere ad imediata et per se nota. talis autē vt adiungit est naturalis philosophia: dato qd ens mobile sit ipsius subiectū. Cū enim hō passio que est mobile non equetur enti nec naturalis philosophus consideret ens nisi respectu huius passionis quā transcendere non pōt: etiā pncipia entū ea que de dicta passione dicit reducere non poterit: nec per consequēs in pncipia eius qd accipitur vt subiectū sue passioni coniunctū. Non igit faceret ad imediata reductionē nec esset vere scientia nisi acciperet aliquid aliud ab ente coniunctum mobili vt subiectū et sibi equatum sic vt ea que considerat possit in ipsius pncipia reducere hoc aut nō pōt esse nisi corpus. ergo corpus mobile est subiectum ipsius et non ens mobile. Hoc etiā declarant illo medio quo dicitur qd ad eādē scientiaz spectat cōsiderare ens et modos entis: et illo iterū quo pbatur naturalem philosophiam esse scientiā p accidens si ens mobile sit subiectū eius. sed quia iste rationes sunt multo melius declarate in obiectionibus qz in rationibus eozum ideo hic nō ponitur ne oringat nos eandē rationem frequentius replicare. Sufficit enim vidisse iā soluz rationes per quas pbant qd ens mobile non possit esse subiectū in naturali philosophia: et si fm veritatez rationes sumpte eo modo quo

*p^a op^e. tribz conibz
munita: qd corpus
mobile sit pncipū:*

44/74/7761(4)



Argue
quattuor modis
p^o

ab eis assignate sunt sint pueriles et viles in comparatione ad modum quo sunt in obiectibus posite. Nobis autem inter alias quadruplex via occurrit ad presens declarandi apertissime impossibile esse quod dicitur videlicet quod ens mobile non sit subiectum naturalis philosophie. Et prima quidem via est illa per quam incessit doctor noster sanctus thomas ad huius probationem. et sumitur ex eo quod nulla scientia probat suum subiectum esse. Videmus enim quod philosophus naturalis probat esse corpus mobile: cum in vi. physicoz probet omne mobile esse corpus. Et hoc quidem esset impossibile fieri si non ens mobile sed corpus mobile esset subiectum in ista scientia. Ut autem hec via declarandi propositum plenius intelligatur sciendum est quod aliter inquiritur et declaratur entitas rei simplicis et aliter compositi alicuius. Nam entitas rei simplicis declaratur et inquiritur proprie ex ipsa sui nominis significatio: inquirendo scilicet et declarando utrum nominis significatum habeat possibilitatem vel impossibilitatem ad esse. si enim ostendatur habere re impossibilitatem ad esse ostensum erit quod sit impossibile ipsum poni in actu essendi: et ulterius quod non sit possibile in rerum natura: et per consequens quod sit nihil. hoc enim dicimus nihil quod in rerum natura poni vel esse non potest. Si autem e contrario ostendatur quod illud significatum habeat possibilitatem ad esse declaratum erit statim quod possit stare sub actu essendi: quod possit poni in natura rerum: et per consequens quod non sit nihil sed aliquid. omne enim huiusmodi positum quod poni potest in rerum natura est aliquid. quia non aliunde hoc totum habet nisi quia ipsum eius significatum est componibile ipsi esse. quicquid probaret hanc impossibilitatem de eo: de necessitate etiam probatione que est per causam ipsum probaret esse aliquid et non nihil. Entitas autem rei compositae proprie inquiritur et declaratur ex partium componentium compossibilitate. Cum enim compositum consurgat ex compositione earum: si compositio est ponibilis: et compositum est ponibile. et si compositio est imponibilis: et compositum similiter est impossibile. tunc autem compositio est imponibilis quando partes compositionis sunt sibi inuicem incompatibiles. Nam si sunt sibi incompatibiles sunt sibi inuicem et incompatibiles: et per consequens ex ipsis fieri compositio non potest nec compositum aliquod consurgere in natura. e contrario autem per omnem modum tunc dicitur esse compositio ponibilis quando compositionis partes compossibilitatem habent ad inuicem. nam si hanc habent: compossibiles ad inuicem sunt: et compositum ex ipsarum compositione potest consurgere in natura. quod ideo est aliquid et non nihil. Hec autem omnia patent per exempla. Quia enim hircus est incompatibilis ceruo est et incompatibilis sibi: nec compositio potest esse ex eis ex qua in natura consurgat hoc compositum quod est hircus ceruus. et ideo est hoc omnino nihil: cum nullo modo sit ponibile

in natura. Corpus autem et anima rationalis non sunt incompatibilia: ac per consequens potest esse ex eis compositio ex qua in natura consurgat hoc compositum quod est homo: propter quod etiam homo est aliquid et non nihil. Et quia quod sit aliquid non habet aliunde nisi ex compossibilitate partium: cum propter ipsa sit ponibilis in natura. ideo quod cumque probaret corpus et animam rationalem sibi compossibilia esse probaret de necessitate eorum hominem non esse nihil sed aliquid. quod est probare entitatem hominis. Sic igitur declaratum est quod tunc proprie probatur entitas alicuius compositi quando probatur compossibilitas partium componentium ipsorum. Nunc autem sic est quod corpus mobile non dicitur corpus solum sed istud totum coniunctum quod est corpus mobile. probare igitur perfecte entitatem ipsius tunc contingit quando probatur unum componentium esse compositum alteri: sicut corpus mobile vel econverso. Nam si unum non compatere secum aliud: non esset tunc possibile poni in natura hoc coniunctum quod est corpus mobile. et sic non esset aliquid sed nihil. Constat autem quod naturalis philosophus non solum probat quod unum predictorum aliud secum patitur: sed etiam quod sic compatitur quod aliud necessario secum ponitur. quantum enim non probet entitatem mobilis simpliciter: supponens tamen ens mobile esse et supponens motum quod neganti ipsum mobile non potest probare probatur ulterius quod ipsum mobile quod supponitur compatitur secum corpus: et taliter quod necessario si ipsum mobile est oportet etiam esse et corpus. ostendit ergo quod non est impossibile mobile coniungi corpori ut sic istud compositum quod est corpus mobile sit impossibile in natura et non nihil: imo potest esse possibile et necessarium ipsum coniungi sibi ostendens in vi. physicoz: quod necessario quicquid mouetur est corpus. et sic supposito ens mobile esse: probatur quod necesse est poni in natura hoc coniunctum quod est mobile corpus siue corpus mobile. Ulex igitur est dictum doctoris nostri scilicet quod naturalis probat entitatem corporis mobilis siue probatur ipsum esse aliquid et non nihil: supponens tamen mobile siue ens mobile. quia mobile includit ens non probans esse in natura rerum. Verum est ergo et principale videlicet quod non corpus mobile sed ens mobile est subiectum naturalis philosophie. Et hec est via summissima et indissolubilis per quam incessit doctor noster. Ut autem appareat euenti insolubilitas eius ponam solutiones aduersarioz quas ideo dabam quia bene non intelligebant rationem. Parcat vero nobis si plura loquimur: quia pertinacitas aliquorum hoc requirit. Dicunt igitur primo quod naturalis philosophia si possit probare corpus mobile esse posset etiam probare motum esse: sed motum probare non potest: quia hoc supponitur in primo physicoz: igitur nec corpus mobile. probat tamen omne corpus esse mobile et omne mobile esse corpus. quod non est probare corpus mobile esse: sed motum corpori inesse conuertibiliter. Sed quod sic dicentes in omnibus deficiat et voce propriam ignorent

Hec probat procedit
Joannem de sanduno
p^o physicoz

et probat naturalis probat corpus mobile esse

Questio

aperte ostendit. Nam quāuis negātibus esse ens mobile sicut negabant pmenides et melissus: non possit naturalis probare qd sit motus: sicut nec neganti causam potest causati per causam pbari. si quis tamē ens mobile non negasset sed motum sibi per causam: quia per diffinitōes subiecti siue entis mobilis naturalis potuisset et posset ostendere motū esse eo qd semp naturaliter pcedendo per diffinitōem subiecti potest ppuz de subiecto demonstrari. Alterius etiā dato qd naturalis nō supponēdo mobile sed probādo pbarer etiā corpus mobile: necessariū esset dicere qd probaret et motū. Nunc autē quia non probādo mobile sed supponēdo qd sit ens mobile probet corpus mobile esse: non est dicendū qd ideo pbat et motum: sed potius quasi supposito motu sicut ente mobili probet entitates corporis mobilis. Alterius etiā falsum dicitur cū adiungunt qd philosophi probat omne corpus esse mobile et omne mobile eē corpus. Quāuis enim probet simpliciter in sexto phisicorū omne mobile esse corpus: nunq̄ tamē probat simpliciter omne corpus esse mobile: sed addendo ad corpus hoc qd dico phisicū vel naturale. In libro enim de celo et mūdo in secundo capitulo p̄mi: ostendit omne corpus naturale eē mobile s̄m locū probās demonstratiue: quia per diffinitōem nature qd motus insit corpori phisico vel naturali. et cum nō aliter demonstrat esse passio nisi demonstrando eam inesse ppzio subiecto si corpus naturale ut dicitur esset ppzum subiectum motus de necessitate ibi philosophi motus esse demonstratiue probassz. quod est cōtra dictū eorū. Alterius etiā cōtradictoria dicitur quādo adiungūt qd philosophi probat omne mobile necessario esse corpus: nec tamē probat esse huius cōiuncti quod est corpus mobile. quia sicut declaratum est demonstrare compossibilitatē et necessariam habitudinē partis alicuius cōiuncti ad aliā partē est ppzissime demonstrare cōiuncti entitatem que nō nisi ex illa habitudinē necessaria partium compositionis vel ex eorū compossibilitate confurgit. Patet igitur q̄ plena fuerit falsitatis hec solutio. Soluūt autē adhuc aliter. dicitur enim qd naturalis et si non posset probare suū subiectum esse in eo qd naturalis sicut in veritate nō potest: posset tamē et potest illud probare subinducendo personā p̄mi philosophi: et sic pbarer corpus mobile esse si inueniret hoc quod probaret: sed hoc quod nihil sit dictū aperte ostendit. Quādoquē enim aliquis artifex probat aliqd per p̄ncipia sue artis id demonstrat s̄m qd talis artifex est et non subinducendo personā alterius artificis. quia non ob aliud quis assumit personā alterius artificis nisi ut per illius p̄ncipia ostēdat quod per sua non potest. Nunc autē naturalis philosophus per sue artis ppzissima p̄ncipia ostendit compossibilitatē vel necessariā habitudines mobilis ad corpus siue entitatē necessariā

corporis mobilis supposita entitate entis mobilis. Assumit enim qd omne quod mouet partim est in termino a quo et partim in termino ad quē quia dum totum est in termino a quo non mouetur: dum totū est in termino ad quē similiter: quia tunc completus est motus. et hec omnia sunt naturalissima p̄ncipia ex quibus concludit id qd mouet esse diuisibile et corpus. Item ad idem assumit hoc p̄ncipiū notissimū in naturalibus. omne quod mouet impossibile est p̄us maius moueri ipius q̄ aut equale aut minus. et per hoc p̄ncipiū ppzissimū et notissimū in naturali sciētia deducit et probat mobile necessario esse corpus: et sic habere necessariāz habitudinē ad ipm. et per consequēs qd istud cōiuncti: corpus mobile supposita entitate entis mobilis: necessario sit aliquid et non nihil. Cum igitur naturalis per ppria p̄ncipia probet corpus mobile esse: dicit qd hoc probat subinducendo p̄mū philosophū: est ignorare pp̄a p̄ncipia sciētie naturalis. patet igitur iam qd naturalis philosophi per se probat entitatē huius cōiuncti quod est corpus mobile. Et sic declarata est perfecte p̄ma via declarandi quod volebam sumpta ex eo qd nulla sciētia probat suū subiectū esse. Secūda via ad declarandū p̄positū sumitur ex modo quo corpus cadit sub cōsideratōe naturalis philosophie per quā sic proceditur. Corpus: aut est subiectū naturalis sciētie in eo qd corpus: aut in eo qd tale corpus. v̄puta quia potest poni existere in potentia ad actū aliquē. Si dicatur qd in eo qd corpus. Cōtra illud quod est subiectū naturalis philosophie est subiectū motus: et eipso est p̄pziū subiectū sciētie naturalis quo est subiectū motus et non aliter: sed corpus in eo qd corpus non est p̄pziū subiectū motus. ergo corpus inquantū tale non erit etiam subiectū sciētie naturalis. Quō autē corpus in eo qd corpus non sit p̄pziū subiectum motus aperissime demonstrat. Id enim quod est p̄pziū subiectū motus inquantū huius non dicit aliquid absolutū: nec aliquid absolute participans actū s̄m qd accipit ex tertio phisice et tam ex textu q̄ ex cōmēto: sed potius est aliquid ordinatū in actum qui acquirit per motū. Cuius ratio est. Quia omne quod mouet necessario eo ipso qd mouetur ordinatū in id quod mouetur: et omnis motus de necessitate hūc ordinē includit et ideo tali ordine subtrahit: necessariū est subtrahi motum. Si igitur aliquod ens accipiat quod ratione sui non dicat aliquid ordinatū ad actum siue ad terminū motus sed potius dicat absolute participans actum: hec ratioe sui nullo modo mouebitur nec erit subiectum motus: sed potius erit quid immobile omnē motum excludens. Si enim ratioe sui moueri posset: ratioe etiāz sui diceret quid ordinatū ad actum: sed positiū est qd non dicat ratione sui aliquid ordinatū ad actum sed potius qd dicat aliquid absolute exis in actu

probat qd corpus nō s̄m rationem suā
s̄ aliam. h̄c autē et s̄ h̄c rō mobilis
concludit qz eodem mō dicitur de
linea. et s̄ p̄p̄tione.

ergo hoc ratione sui nullo modo mouebit. Non
 stat autem qd corpus in ratōe qua corpus est nō
 dicit aliquid ordinatū in actū vel in terminū mo-
 tus: sed potius dicit absolute quid picipās actū.
 quod patet ex ipa nominis significatione. Nihil
 enim aliud est corpus z nihil aliud dicitur nomine
 corporis nisi substantia manens sub actu corpo-
 ritatis: z per ratōem corporis non dicitur ordi-
 natum sed potius absoluta ex natura sub aliquo
 actu. Si igitur nihil est subiectū motus nisi in ra-
 tione qua dicit quid ordinatū ad actum qui per
 motum acquirit: z corpus in ratōe qua corpus
 est non dicit aliquid ordinatū ad actum sed ab-
 solute quid manens sub actu iam habito: conclu-
 ditur de necessitate qd corpus in ratōe qua cor-
 pus est non sit mobile nec possit aliquo modo eē
 subiectū motus: nec per consequēs naturalis phi-
 losophie. Si ergo corpus motui subijcit z est ali-
 quo modo subiectū motus: nec hoc est in ratōe
 qua corpus est: quia sic dicit absolute quid ma-
 nens sub actu: oportet qd sibi hoc cōueniat in quā-
 tum accipitur vt existens in potentia ad actum:
 qui per motū acquirit. nam z hec potentia neces-
 sario ratione sui includit ordinē ad actum z eō-
 verso ordo ad terminū motus includit hanc po-
 tentiam. Nunc autē sic est qd quantūcumqz aliqd
 de se habeat ratōem entis in actu: inquantū ta-
 men accipit fm qd existit in potentia ad actūz ali-
 quem habet ratōem entis in potētia z nō entis
 in actu. Si ergo corpus est subiectū motus soluz
 in ratione qua in potētia existit ad actūz qui per
 motum acquirit: concludit de necessitate qd ipm
 motui subijcit solum inquantū participat ratio-
 nem entis in potentia ad actum predictū. Cōstat
 autem qd eadem est ratio entis in potentia ad di-
 ctum actū z ratio entis mobilis. quia ens in potē-
 tia nihil aliud dicit qz ens ordinatum in actum.
 Unde idem est dicere: ens in potentia ad actum
 qui per motum acquirit: z ens ordinatū in actū
 talem. Ens etiam mobile nihil aliud dicit qz ens
 ordinatū in actum qui acquirit per motūz. z hec
 est ipa ratio entis mobilis. Si igitur corpus non est
 subiectū motus propter ipam corporis ratōem:
 sed inquantū participat ipam ratōez entis in po-
 tentia ad id quod acquirit per motum. z hoc vt
 declarauim⁹ est omnino ipa ratio entis mobilis:
 concludit de necessitate qd corpus non in ratōe
 qua corpus sed inquantū participat rationē entis
 mobilis est. ppriū subiectū motus: z similiter na-
 turalis philosophie. sed si corpus nō subijcit mo-
 tui nec naturali philosophie: nisi quia participat
 ratōem entis mobilis: cum diffinitio talis nō de-
 beat sibi ex eo qd corp⁹ est: sed ex eo qd ens mobi-
 le. sicut nunqz dicit eē diffinitio aliqua alicuius.
 nisi fm qd est ipm diffinitū: z ens mobile nō per
 aliud sed p se habeat diffinitionē illā suam ppriā:
 sicut corpus de se habet suā ppriā rōem z homo
 suam: z sic de singulis. concludit de necessitate qd

corpus nō fm se sed fm aliud. quia nō fm rōem
 suā sed fm rōem alterius subijcit motui z natu-
 rali philosophie: z ens mobile fm se z nō fm ali-
 ud. quia fm rōem suā z nō fm rōem alterius sit
 subiectū ppriū tam nālis phie qz motus. Est autē
 ista multū decēs z rōnabilis conclusio. Lū. n. sic se
 habeat subiectū ppriū ad sciam vt ppriū obiectū
 ad potētiā. quēadmodū illud dicit ppriū obies-
 ctum cuiuslibet potētie qd rōne sui pprius z nō rōe
 alteri⁹ respicit ipam potētiāz sicut visibile se hz ad
 visūz: sic etiā z illud debet dici ppriū scie subiectū
 quod rōne sui z nō ppter rōem alteri⁹ ipam respi-
 cit sciam. Nunc autē vt declaratū est ipm ens mo-
 bile p suā rōem z nō p aliā respicit nālē phiam. z
 ideo cōuenientissime ponit propriū ipi⁹ subiectum.
 Est autē vlteri⁹ notandū qd mobile nō imediate
 respicit corpus: quia nec corp⁹ imediate z p se
 ponit in diffinitōe mobilis. Mobile. n. ex ipa p-
 ma sua significatione dicit ens ordinatū in terminū
 motus: sicut ex ipa significatione pmaria dicit id
 quod existit in potētia in terminū illū qd inquantū
 hmoi vt declarauim⁹ idē est qd ens in potētia in
 dictū terminū. z h idē est ens qd sic ē ordinatūz.
 h autē si māliter in re sit idē qd corpus: in ratione
 tamē z formaliter non est idē. Unde nec hoc qd
 dico mobile respicit corp⁹ qz corpus: s; qz ens in
 potētia. z qz hoc qd dico ens in potētia in termi-
 nūz motus: nō accipit imediate corp⁹ s; ens: qd
 hoc in se z sua rōne includit. ideo nec etiā mobile
 debet imediate accipere corp⁹ sed ens. vt dicat non
 corp⁹ mobile sed ens mobile. Nam hoc qd dico
 ordinatū in terminū mot⁹: qd est idē qd mobile
 fm sui rōem nō dicit corp⁹ qd est de se ens i actu
 dicit tñ necessario de ratōe sui h qd dico ens. qd
 dicit ens in potētia de cui⁹ rōne est ens. nā z po-
 tentia z act⁹ nō sunt modi cōites corpus in eo qd
 corp⁹ sed in eo qd ens: qz sunt modi entis imediate
 Quia igitur mobile sicut z quid in potētia directe
 respicit ens: corp⁹ autē nō directe. qz nō qz corp⁹:
 s; qz ens in potētia: etiā necessariū est h qd dicit
 ens mobile sit ppriū z pmarium dictū. h autē quod
 dico corp⁹ mobile nō est ppriū z pmarium dictūz s;
 ipropriū z secundariū. z qz qd pmarium est in cōside-
 ratōe scie est ppriū ei⁹ subiectū: z nō qd secundariū
 ideo ens mobile ē ppriū subiectū scie nālis: z non
 corp⁹ mobile. z sic cōpleta ē secūda via demōstrandi
 qd ens mobile sit subiectū nālis phie: sumpta ex
 modo quo corp⁹ considerat a physico. Tertia
 via ad declarandū eiusdē sumit ex cōmpatōe nālis
 phie ad doctrinalē. fm. n. phm in q̄rto metha. si
 nulla substātia eēt pter phicas: nāl phia eēt p-
 ma phia. hic igitur sic pcedit. si nulla substātia eēt
 pter phicas metha. qdē nō eēt: remaneret tñ z
 phica z mathe. Lū. declaratio est. qz sicut remo-
 to subiecto z subiecti ppetatib⁹: remouet scia qd ē
 de subiecto illo. sic etiā posito subiecto z subiecti
 ppetatib⁹: necesse ponit sciam qd illa cōsiderat. Nunc
 autē sic ē qd ablata oī substātia pter phicas: z si

probat qd illo dato seq̄ ductū pbi de salen qd f
 nō existentiū pstantiūz immobilitatib⁹ pbia nālē eēt p:

Questio

collat' subiectū pme p'bie vt patebit in seqnti qōe
nō tñ tollit' subiectū phyfice nec etiā mathematicē
ce. fubftātia. n. phyfica est quā cōfiderat nāl. Sub
ftātia etiā phyfica ē necessario q̄ta. z hanc cōfide
rat mathematicē. pofita igit' sola fubftātia phyfice
ca ponit' necōio subiectū tam nālīs q̄ doctrinalis
p'bie: z p' cōis h' vtraq; fcia. Nūc aut' fic est fm di
ctū p'bi q' istis duab' fcietis remanētibus solis:
nālīs p'bia ē p'bia p'ma: h' p'ma p'bia o'z eē de fub
iecto p'ozī subiectis oīm aliaz. igit' cum nālīs fcia
etiaz remanēre mathematica p'bia p'ma dicat': o'z
necōio q' subiectū ibi' fit p'us subiecto mathemati
ce. h' aut' est ipoffibile fi nō ens mobile fed corp'
mobile ponat' subiectū fcie nālīs. Cui' declaratio ē
qz illud ē p'us a quo nō cōuertit' exīdī cōia. Nūc
aut' videm' q' fi in intellectu ponit' corp' q̄tū: nō
ideo ponit' ibi corp' mobile: fed fi ibi ponit' corp'
mobile necōio ponit' corp' q̄tū. oē. n. corp' mobili
le est corpus q̄tū z nō ecōuerfo. z filr' fi intelligit'
corp' mobile intelligit' de necessitate corp' q̄tū z
nō cōuertit'. Est igit' corp' q̄tū p'us corpe mobili:
z p' cōis mathematica est p'oz phyfica fi hui' sub
iectū ē corp' mobile. ipis igit' duab' solis remanē
tib' est mathematica p'bia p'ma z nō phyfica. qd
est p' p'm. Nō solū aut' h' ē p'm sed etiā cōtra
veritatē. Cui' declaratio est. qz cōfideratio prime
p'bie debet eē vltio' cōfideratōe cuiuslibz alterius
fcie z ad plura se extēdere. phyfica autēz est talis
respectu mathematice z nō ecōuerfo. mathematice
aut' se nō extēdit ad cōfiderādūz nifi ea solūz q̄
sunt in genere quātītatis: fed nālīs se extēdit ad
cōfiderandū omīa q̄ cadūt sub motu vel mutatōe
vel que sunt vna res cū eis. z q̄a eozū que sunt in
p'dicamēto fubftātie multa cadūt sub mutatōe
extēdit se phyfice ad cōfiderandū res hui' p'edi
camētī. Quia mot' est etiā in quātītate z q̄litate
z vbi: z quia est idem cū actione z passioe z h' in
ipō fundant'. Et quia quādo derelinquit' ex tem
pore quod est passio motus: z quia fitul' cōtinue
renouat'. ideo ad res oīm istoz p'dicamētoz cōfi
deratio naturalis philofophi merito se extendit.
Pater igit' q' vniuersalior fit cōfideratio phyfici
q̄ mathematici: cum hic se extendat solūz ad res
quātītatis: ille vero fere se extendat ad entia fin
gulozū p'dicamētozū. igit' de necessitate oportz
q' ablata methaphyfica naturalis fcietia fit philo
fophia p'ma z maxime vniuersalis z non mathe
matica: z p' cōsequēs sibi dandū est p' subiecto: nō
aliquid spāle sicut mathematice cui dat' q̄tū: fed
aliquid vniuersale z cōe quodāmodo entib' oīz
p'dicamētozū. quod esse nō potest nisi ens mobi
le. Unde z p' h'us hoc vidēs signant' dicit' semp
mathematicaz versari circa quid spāle sicut circa
q̄tū: phyfice vō nunq̄ dat' spāle ens vt corp' vel
aliquid tale: sed semp ens contractū per motum.
Unde in .x. metha. dicit'. Mathematica circa ali
quā partē cōueniētis materie facit theozīā: puta
circa lineas: aut angulos: aut nūeros: aut reliquo

*fm ueritatem ista d' nō in
est mobile & corpus h' fm
p'm tenet. loq' de mobili
proprie dicto:*

rū aliquid quantoz. de phyfica aut' aut nālīs acci
dentia z p'ncipia speculat' entū in q̄tūz mota. Si
aut' vellem' videre quō ens motū vel mobile vni
uersali' est q̄to accipiēdūz est quod dicit' doctor
noster de mobili in suis qōnib' disputatis. At. n.
ibi q' mobile habet duplicē acceptioēz. Unā qdē
inquantū opponit' ad immobile non subijcibile mo
tū: z sic mobile est idē quod subiectū mor': z oē
tale est q̄tū corpus z ecōuerfo. Aliā acceptioem
hnt inquantū ens motū opponit' ad ens fixum z
stans in sua entitate sic q' vniuersali' idē remoue
ri non pōt: z sic dicit' ens mobile nō solūz corpus
subijcibile motū: sed omne quod nālīter potest
p'dere suā entitatē: cuiusmodi sunt nō solūz corpa
sed forme fubftātiales generabiliū z forme acci
dentales que non sunt corpora q̄ta. z qz mobile
vlt' sumptū includit vel continet sub se mobile ac
ceptū vtroq; modo: iccirco ens mobile vniuersali
liter sumptū quo modo est subiectū nālīs p'bie ē
vniuersali' corpore q̄to: z p' consequēs naturalis
fcia est vniuersalior mathematica z eēt p'ma philo
fophia si methaphyfica toleret'. quod totū tolli
tur vt declaratū est si non ens mobile fed corpus
mobile ponat' p'p'm subiectū in fcietia naturali.
Et hec est tertia via ostendēdi p'positū sumpta ex
cōparatōe phyfice ad mathematicā. (Quarta
via adhuc sumit' ex ipa diffinitōe motus. Cōstat
enim q' illud est p'p'ie subiectūz alicui' fcie quod
est p'p'riū subiectū p'p'ie passionis sed in fcie
tia illa considerate. p'p'ria vero passio q̄p'mo
considerat naturalis est ipse motus. Videamus
igit' quid sit subiectū p'p'riū motus. hoc enī vīfo
statim apparebit quid sit p'p'riū subiectum fcie
entie naturalis. Est autem id p'p'riū subiectum
motus per quod datur motus diffinitio. Ad cui
us intelligentiā considerandū est q' multiplices
diffinitiones inueniūtur. Quedaz eteniz sunt que
non dantur per additāmētum alicuius quod fit
extra essentiā diffiniti. Et quedam sunt que dan
tur necessario per additāmēta. Cuius diuersita
tis ratio est. quia cum diffinitio dicat entitatem
diffiniti: ea que entitatem habent perfectam per
sua essentialia absq; eo q' ipa alicui extrinseco cō
iuncta sint possunt etiam absq; alicuius extrinse
ci additāmēto per sua essentialia perfectam ha
bere diffinitōem. que autem perfectam entitatez
non habent per sua essentialia nisi alicui extrinse
co coniuncta in essendo perfectā etiā diffinitōem
habere non pnt si est additāmēto illi' extrinseci.
Nūc aut' sic est q' fubftātie entitatē p' sua cēntia
lia nō cōiuncta alicui extrinseco cū non recipiant in
subiecto p'fectā habēt. q' z per ipa diffiniri debēt
absq; nulli' extranei additāmēto. Accidentia nō
habent diffinitōez p'fectā sine additāmēto sub
ftātie vel subiecti quod illi' entitat' p'ncipiū est z
cā: sicut z p'ncipie z eiusdē. Sic igit' iam vīsa ē dif
finitionū diuersitas. z cum hec ponatur iam ap
paret q' in diffinitōe accidentiū p'fecta semper

debet apponi subiectū: et quod motus est accidens ideo oportet quod subiectū apponatur in diffinitione ipsius: et quod est accidens propriū quod considerat naturaliter: ideo oportet quod propriū subiectū naturalis philosophie in eius diffinitione ponatur. Videamus igitur que sit perfecta motus diffinitio: quod tunc statim videbitur quid sit propriū subiectus motus et scire naturalis. Perfecta autem motus diffinitio est illa qua dicitur: Motus est actus existentis in potentia inquantū habet. Ens autem in potentia non est idem secundum rationem ut supra declaratum est cum ipso corpore: est tamen idem secundum rationem cum ente mobili: sicut supra patuit et philosophus vult in tertio physicorum ubi illa ostendit diffinitionem perfectissimā esse: Idēitas vero rationis est que facit perfectā et omnimodā idēitatem subiecti. ergo omnino idē subiectū est ens in potentia inquantū habet et ens mobile. Ens igitur mobile est propriū et perfectus subiectus: tam motus quam naturalis philosophie. Est autem considerandum: quod sicut motus non dicitur corpus actus in potentia: sed entis in potentia: sic etiam cum habet quod dicitur in potentia inquantū habet dicitur ipsam mobilitatem non oportet etiam dici actus corporis mobilis sed entis mobilis. et sic iam per quartā viā sumptā ex diffinitione motus: per quod necessarium est dicere: ens mobile est subiectū scire naturalis et non corpus mobile. Motū autem dicentium dicitur: per quod puerile est. non enim mobile considerat physicus ut propriā passionē: sed potius ut modū et rationē formale sui subiecti: quod est habet totū quod dicitur ens mobile cuius prima et propria passio est motus quod fluit a principis entis mobilis quod naturalis de se considerat et ad que potest et motū et oīa quod de motu considerat reducere. aliorum vero motuorum defectus per sequētia apparebit.

Ad primū igitur argumentū iam per ratiōem. dato enim quod motus supponitur in primo physicorum et sicut propriū subiectū motus. non ideo tamen concludendum est: quod supponitur corpus. sed ens mobile: quod hoc est propriū subiectum motus: ut ostensum est: et non corpus. vnde et antiqui philosophi ut permenides et melissus: concedebant esse corpus et tamen negabant esse motū: et ens mobile. Per etiā solutio ad secundū. Si enim consideramus naturalis principia et proprietates corporis inquantū corpus: et inquantū corpus sunt: concluderet argumentū. nunc autem et si considerat principia corporis. non tamen considerat ut principia corporis sunt: sed entis mobilis: et habet etiam proprietates considerat per se et primo. sed proprietates corporis considerat inquantum rationem entis mobilis precipiant. et non inquantum habent rationem corporis: ut declaratum est.

Ad tertium per solutio. nam quāuis ens mobile et corpus mobile dicat mobilitatē quod est rō formalis subiecti et scire naturalis. corpus tamen mobile se habet ad ens mobile sicut secundariū ad primū. nam sicut habet quod dico: in potentia autem terminū motus immediate respicit ens quod diuidit per potentia et actū. sic etiam hoc quod dico mobile: cuius eadē rō est cum hoc quod est existere in potentia ad dictū terminū. nam rō formalis que habet determinare. vniuersaliori proprie oportet addi: et non equolenti: nec in minus se habet. et mobile quidem respicit corpus sicut quoddam entis sub ente mobili. et ideo adiunctū sibi non facit ipsum esse

subiectū totū scire naturalis: sic nec adiunctū corpori aīa: to: quod vtrūque est quod particulare respicit tam motus quam mobilis. reperit enim secundum philosophum et secundum veritatem motus in qualitate et in vbi. et tamen neutrum ipsorum est corpus. vnde et commentator dicit super secundo physicorum: quod in libro primo qui totus est de physico auditu non diffinitur nisi ea que sunt vbi toti nature: sicut sunt naturalis motus et habitus. in alijs vero libris diffinitur alia considerata: non tamen vbi sicut in de celo et mundo corporis. Ad quartum dicitur: quod si propriū ista intelligatur quod ad omnino eandē sciām spectet consideratio de re et de modo rei quocumque: falsum erit quod dicitur. nam rem vnam et eandem sub alio tamen et alio modo rei considerat scia subalternans et subalternata: sicut geometria accipit lineam simpliciter per se scia autem assumit lineam sub modo ipsam consequente ex applicatione ad materiā: et tamen non sunt omnino vna scia. Si autem intelligatur quod consideratio de re et de modo quocumque rei spectat ad sciām eandem illo modo identitatis: qui reperit inter sciām entiam subalternantem et subalternatam: erit verus intellectus. et naturalē quidem bene concedimus subalternari primē philosophie: cuius prima philosophia considerat ens simplex. naturalis vero considerat ipsum sub modo sibi debito ex applicatione ad materiā. Ad quantum dicendum est: quod duplex potest dici modus aliquis esse specialis. Vno quidem modo dicitur specialis modus qui est distinctus specialis entis et non entis vlti sumpti. et sic mobile non est modus specialis entis: quod non distinguit ex opposito contra modū alium spālem entis sed potius vniuersale oē enim ens vel est mobile vel immobile. Alio modo dicitur aliquis specialis modus: quia non est proprius cuiuslibet entis sed alio determinati sicut per se. et per accidens. et si vlti diuidant ens: non tamen quodlibet eorum conuenit oī entis. sed habet quod dico per se: est modus solius substantie. et per accidens: est modus soli actus. et quod propriū modi sunt non cuiuslibet entis: sed spāles dicuntur possunt: vel modi spāles esse. sicut etiam mobile et immobile. et si vlti diuidant ens. dicitur tamen spāles modi quod hoc quod dico immobile: non est modus proprius cuiuslibet entis: sed imaterialis solū. et hoc quod dico mobile non est proprius modus cuiuslibet: sed solū entis applicati ad materiam naturalem. nunc autem modus non oportet annecti ei cuius est proprius et quod instituitur: sed ei solū cuius est distinctus: sicut per se non oportet adiungi substantie quod fieret nugatio. sicut quod distinguit et definit et vlti determinatio oportet addi ipsi determinabili: et non iam determinato: et propterea etiam mobile non oportet addi enti statim sub materia naturali: sed simpliciter enti. Ad sextū dicendum: quod per ratiōem. non enim mobile addit enti ut passio: sed sic modus distinctus ab immobili quod non considerat philosophus. vnde est formalis ratio subiecti scire naturalis cuius per formalē rōnem vniuersalior quod ab alio distinguitur. motus autem est propria passio per se et non per accidens se habens ad ens mobile cum sequatur principia eius.

Ad septimū dicendum est: quod non est necessarium

Sunt perfectius non considerat immobilitate tang
 propria passione ica est de pto mali et mobilitate
 hinc similitudo non est bona. qz pto nalis considerat aliqd
 qz est ca mobilitatis non sic vni est de pfectio qz mobil
 spectat illi si dicitur qd est propria ca immobilitatis in qz pfectio est
 qz tunc spectat p pto si sicut principiu talis p talis motus:

Questio

omne passionem dicere aptitudinē et non actum
quin potius sūt aliqua q̄ si in aptitudine sumant
nō solum nō erūt pprie passiones: sed nec etiam
uenire poterunt ei cuius sunt proprietates acce-
pte vt dicunt actum. aptitudo enim ad paritatem
et imparitatem nullo mō uenit numero: quia tūc
posset poni numerus aliquis: qui nec eēt par vel
impar: sicut qz aptitudo ad ridendū: est hominis
proprietates: et nō actualitas ridendi. potest esse ali-
quis homo qui actu nō rideat: non potest autem
esse aliquis numerus qui nō sit actu par vel impar
et iō paritas et imparitas: nec in aptitudine: s; i actu
sunt numeri. pprietates. sic ergo similiter nō ob-
stante qz motus dicat actum et non aptitudinem
poterit esse: et est propria passio entis mobilis.

Ad octauū dicendū: qz pprie passiones qn̄ op-
positionē habēt ad inuicē: nō o; qz semp oēs actu
insunt suis subiectis. sed necessarius est qz semper
altera vel altera: sicut non semper numerus est
par nec semp impar: semp ē tñ par vel impar. vñ
et pmo posterior habet: qz ea que p se insunt ne-
cessario insunt reb; vel simplr vel opposite. sunt
aut pprietates entis mobilis motus et quies. et si p
prie respiciat mobile. et oē quidē mobile mouet
vel q̄scit. Ad nonū dicendū est qz quis q̄cqd
mouet tanq; subiectū motus nō in alio receptū sit
corp; nō tñ in quocūq; est aliquo mō motus: id ē
corp; cū motus fit in qualitate: q̄ corp; nō est. et iō
nō est accidēs ouertibile corpi oīno. Et vlti; nō
solū nō cōuertibilē inest corpi in rōne q̄ corp; ē
sed nec etiā sibi inest ut supra patuit. Ad. x. di-
cendū: qz subiectū inclusus in intellectu motus: est
ens in potētia ad motum t̄minuz vel ens mobile
q̄d idē est et nō corp;: quin poti; corp; in rōne q̄
corp; ē: mobilitatē et motū excludit. Ad. xi. dice-
dū: qz aīa intellectiua et si nō sit pars subiectiua en-
tis mobilis: est tñ pars cōstitutua alicui; ptis eius
subiectiue ut puta hoīs. Ad. xij. dicendū: qz sub-
iectū o; esse tale q̄d vel predicet de ptractaris in
scia: vel per ordinē ad ipm illa ad sciam referant
Et motor quide; sepatus ad sciam nālem referet
per ordinē quē habet ad ens mobile cum influit
motū. Ad. xij. dicendū: qz de mā forma p̄uari
one agit in libro physico;: nō iō qz sunt p̄cipia
corporis: s; qz sunt p̄cipia entis mobilis. Ad
xiiij. dicendū: qz esse mobile nō enti attribuit rōne
corporis: nec corpi rōne entis: sed vtriq; rōne entis
imp̄fecti. Ad. xv. dicendū: qz si nihil localit̄ mo-
uet nisi corpus: nō tñ corp; huic motui subiicitur
rōne qua corpus est: sed inquantū p̄cipat rōnez
entis mobilis in loco. et iō ens mobile fm locū ē
pprie subiectū in libro celi et mūdi. Ad. xvj. dici
posset: qz nō oē ens mobile ē corp; mobile: sed ē
ens mobile q̄d est corp;: rōne differt a corpe mo-
bili tanq; p̄cipaliter dictū a secundo ut supra
patuit. Itē tanq; nugatorie dictū a p̄prio dicto. et
iō nō o; si negat corpus mobile esse subiectuz: qz
neget et ens mobile: cū nō sit eadē rō vtriusq;.

Questio secunda.

Questio

sc̄da ē: Vtz p̄ma
p̄bia subalternet
sibi nāle et doctrinale p̄bias: Et vñ
qz n. semp. n. sc̄ia subalternata accipit
vt p̄ma p̄cipia sua cōclones pbatal
in sc̄ia subalternare. S; nālis et doctrinale p̄bia nō
accipiūt ut videt p̄cipia q̄ sunt cōclusa i p̄ma sc̄ia: q̄
nō subalternant sibi. Preterea sc̄ia subalternās
nō diuidit ex opposito s; sciam subalternantē. s; p̄ma
p̄bia diuidit ex opposito s; p̄dictas sicut p; p
p̄hm in. vi. metaphysice vbi dicit: qz tres sunt mōi
sive partes p̄bie. s. physice: metaphysice: et ma-
thematic;. ergo p̄ma p̄bia sibi alias duas nō sub-
alternat. Si. vi. qz p̄ma pp̄ falsa est. Cōtra: que
ex opposito diuidunt: sibi inuicē opponunt. que
aut opposita sunt sub inuicē cōtineri nō possūt
Scientia aut subalterna sub sc̄ia subalternare cō-
net. ergo vna eaz nō potest diuidi ex opposito s;
aliam. Si. vi. ea que ex opposito diuidunt aliq̄d
cōe vniuocū: taliter opponūt qz sub inuicē conti-
neri nō p̄nt. que aut diuidūt aliq̄d cōe analogum
nō opponūt tali oppōne q̄ impedit vñ eoz o; z
dinari sub alio: sicut effectuz sub cā. et tali diuisiōe
diuidūt hoc cōe qz est sc̄ia: pres sc̄ie supradicte.
Cōtra: qz sub vniuocē p̄dicamēto in p̄dicamēto
linea ordinat vniuocū videt debere eē. sed sc̄ia
ponit sub habitu qui vniuocē p̄dicat: qz et ipsa o;
esse quid vniuocū. Preterea si est qd analogice diui-
sum: adhuc o; diuidētia aliq̄d oppōnez habere:
qz alr nō diuiderent ipsam ex opposito. omnium
aut nō est cā oppositū: igit nec de diuidētib; ano-
logū dici poterit: qz vñ cōineat sub alio: sicut ef-
fectus sub cā. Preterea sc̄ia subalternās o; ac-
cipere potiores demōstrationes q̄ subalternata:
Nūc aut ista sc̄ia q̄ p̄ma d̄r nō videt sic se habere
ad alias: qz in mathematicis potissime demōstra-
tiones sumunt: qz p̄ma p̄bia sibi reliq; p̄bie pres
minime subalternat. Preterea sc̄ia subalterna
fm Ar. in p̄mo posterior debet dicere. pp̄ quia:
si nō p̄pter qd. s; nālis et doctrinalis. p̄pter quid
dicit: qz p cām demōstrāt: hic quidē p formales:
ille vō p oēs. q̄ iste due sc̄ie nulli alteri possūt sub-
alternari. Preterea sc̄ia subalterna o; ex addi-
tione se habere ad sciam subalternantē: ita videt
qz subiectuz ipsius accipiat et applicet ad materia
sed cū subiectū p̄me p̄bie sit ens oīno imateriale
utpote omnino a materia seperatum: quia et fm
diffinitionez et fm omne non poterit aliquo mō
ad materiam applicari: quia id quod est imate-
rialis subā nullo mō pōt habere oppōnez physice
materie: igit physica nō subalternabit p̄me p̄bie.
Si. vi. qz substantia imaterialis nō est subiectum
p̄me p̄bie: s; ens cōiter acceptum q̄d pōt bene cō-
trahi ad intelligibilē et sensibile materiam. Cōtra
id qd est p̄cipaliter intentum in sc̄ia debet esse
pp̄rium ipsius subiectum. sub stantie vō imateria

lis cognitio est principalissime intera in pma phi
 losophia: ut dicit Avicenna in sua methaphysica
 ergo ipsa est ppriissime subiectum ipsius. Prefa
 sm Aristotele i sexto methaphysice: Si nulla sub
 stantia esset preter phisicas: tunc no esset alia pri
 ma phia qz phisica. hoc aut esse no posset vbi me
 thaphysica solas substantias imateriales considera
 ret. ergo subiectum ipsius no est ens in coi s; tale
 ens qd est oino immateriale: cu probatum fit q
 nihil extra ipsum consideret. Preterea scientia
 subalternas z subalternata no debent esse equal
 considerationis: sed naturalis est equalis considera
 tionis cum pma phia: qz vtraqz considerat ens
 mobile z imobile z no aliud: igit naturalis sciencia
 prime phie subalternari non potest. Preterea
 scia subalternans debet demonstrare per sua p
 cipia: pncipia scie subalternate. Prima vo phia
 no potest per pncipia sua demonstrare pncipia
 naturalis z doctrinalis philosophie. cui pbatio
Tertio autē est in motione illa cōsiderare vtrūq; illorū simul. s. q. partes ei' diuinate sint fm rez ad id quod instat de ea: et q. discrete fm rōem pōis et posterioris. Et primo quidē modo motus considerat vt quid continuū: et est solum in re cōtinue mota. Secūdo vero modo accipit vt discretū: et ē in conceptōe aīe tñ. ppter id q. discretio partium motus a medio termino cōtinuante: nec est in re extra: sed solū format eam aīa. Tertio autē modo motus accipit vt discretus in cōtinuo et est partiz in aīa et partim in re extra. Lum ergo temp' sicut dicitur est cōsequat' motū vt quedā passio ipsi' poterit etiā ipm cōsimili modo tripliciter considerari. Primo. n. cōsiderari pōt vt cōs motū fm ppriam ei' cōsideratōem: et sic temp' est quid cōtinuū sicut et motus: et est realiter solū in re extra. In aīa vō nō est nisi sicut in cognoscēte p suaz similitudinē. potest tempus iterū accipi vt cōsequēs motū secūdo modo cōsideratū. et sic est quid discretū nec est nisi solū in anima. cui' ratio est. quia pteritū p̄sum ab instanti p̄nti et nō copulatū ei nō est pl' in rerū natura: est tamē in cōsideratōe ipsius anime. Similiter etiā ē de futuro. quia futurū p̄cisuz a p̄senti nūc et nō copulatū sibi nondū est. et sic probat a p̄ho in quarto p̄fycor q. temp' nō est quia vīz partes eius nō sunt entes: et ex partib' nō entib' nullū cōstituit cōtinuū. Si autē tempus accipiat vt cōsequēs motū tertio modo sumptū fm. s. q. ipse motus cōtinuatōem habet suarū partū p̄terite videlz et future: et cum hoc pariter discretaz fm ratōem pōis et posterioris respectu instantis medij cōtinuantis: accipiet tūc tempus fm p̄fectam ratōem tempis. Ratio. n. successiōis cum sit formaliter in ipa ratōe p̄ioris et posterioris: et nō in sola ratōe cōtinuatōis. ppter id q. cōtinuatō cōuenit nō solū successiuis sed etiā permanētib'. Et tempus quidē isto modo acceptū est partiz in anima et partim in re extra. Nam ex ea parte qua est imp̄fectū et vt māle est in re extra animam. Ex ea vero parte qua p̄fectū formalis ratio eius est in mētis cōceptū et sine anima esse nō pōt. Dis ergo vīs ad pleniorē intelligentiā questōis vidēdū est aliquid de eo quod fuit quarto loco p̄positum: in quo videlicet tempus esse habeat tanq; in subiecto. Ad cui' intelligentiā cōsiderandū est fm q. aliqui dicūt q. si tempus sit mēsura cuiuslibet motus: nō tamē est passio motus cuiuscunq; sed solū motus primi mobilis qui est p̄m' inter omnes motus: et quia omne accidēs in eo ē tanq; in subiecto p̄prio cui' est passio p̄pria: cōcludit fm eos q. tempus sit tanq; in subiecto p̄prio solum in motu primi mobilis. vnde cum motus prim' non sit nisi vnus numero tñ: se quis euidenter q. tempus non sit nisi vnū numero. Nam ex vnitāte vel multiplicitate numerali ipsi' subiecti sumēda est vt dicunt numeralis vnitāte vel multiplicitas accidēt. Si autē tempus esset in motu cōiter sumptū sicut in subiecto et cōsequeret omnē motū: tūc sicut est

multiplex motus: sic etiā esset multiplex tempus vt dicit. quod est omnino falsū. Sed forte ppter debilitatē mēi intellectus hoc nō videt mibi sufficienter dictū. Lum enī vt ipsi dicūt et etiā p se assument multiplicato materialiter subiecto multiplicet etiā materialit' et accidēs subiecti: si tēp' tanq; in subiecto p̄prio est in motu primo: oportet necessario dicere q. et si motus prim' multiplicaret multiplicaret etiā et tempus. quod est oīo falsū. Nam quotcūq; mūdi essent et quotcūq; celi et quotcūq; prima mobilia et primi motus: ipm tñ tēpus semp esset vnū solū numero et non plura. igit' omnino falsum videt q. tēpus tanq; in p̄prio subiecto sit in motu p̄mi mobilis et iccirco absq; p̄iudicio sentētie melioris dicendū videt ad p̄s donec deus aliter dederit q. tēpus consequit oēs motū et est in motu cōiter sumptū sicut i subiecto nec ideo tamē multiplicat ad motū multiplicatōnem. Ad cui' intelligentiā cōsiderandū est q. si tēpus esset in motu simpliciter sumptū vt in p̄prio subiecto: necō tūc videt debē multiplicari multiplicato motū. Si autē esse tanq; in subiecto ponat fm suū esse cōpletū: nō quidē in motu simpliciter sumptū sed in motu accepto per animaz subratōe simplr vna fm omnes motus tūc quantūcunq; motus multiplicet nihilomin' tamē ppter vnitātē illius ratōis in qua motus singuli vniū: et fm quē motus accipit ab anima vt subiect' tpi ipm tempus manebit omnino idē et vnū numero nō multiplicatū multiplicatōne motus. Nunc autē ita est q. oīs motus simpliciter sumpt' est quid māle respectu tpi sumpti sub esse suo cōpleto. et iccirco multiplicato motū: etiā multiplicari videt mā tpi. Quia tñ mot' simplr sumpt' nō ē immediatū subiectū tpi: sed mediāte rōne pōis et posterioris in ipa successiōe. iccirco dici pōt q. q̄tūcunq; mot' sit simplr ppter illā tñ ratōnem vnicā mātr fm oēs mot' qua mediāte mot' ab alia accipit tpi subiect' et ex qua tēp' ab aīa suū accipit cōplemētū: manet ipm temp' vnū numero et nō multiplex. semp. n. ita ē q. quicūq; aliqd ab aīa suū recipit cōplemētū p̄t aliquā rōem in re ex fundat si illa rō multiplici fuerit: multiplex etiā cōplemētū ab aīa dabit ipsi rei. Si autē ratio extiterit vnicā: tūc q̄tūcunq; res multiplicet in quib' illa rō fundat. ppter vnitātē tñ rōis nō dabit rei ab aīa nisi vnicū numero cōplemētū: et erit p̄ oīs res cōpleta vna numero tñ. Nūc autē ita est q. tēpus accipit ab aīa suū cōplemētū ppter ipam rōnē supradictam in motu fundatā: que est vnicā tñ. Accipit igit' tēpus vnū numero cōplemētū: et est p̄ oīs tēpus p̄p̄e sumptū vnū numero tñ et nō multa formaliter: q̄tūcunq; mot' qui est mā tpi sit multiplex. Sicut autē est de tpe: sic etiā est de ipso nunc qd est p̄ncipiū tpi. sicut. n. tēpus cōsequit motū: sic etiā et nūc videt cōsequi mobile. q. tñ nō cōsequit mobile nisi sub rōne vnicā fm oīa mobilia: iccirco q̄tūcunq; multiplicet ipsa mobilia siue prima siue

Questio

secunda: nihilominus tamē ppter unitatē ratiōnis illi in qua cūcta mobilia vniunt: ipm nūc manet vniū numero tpe tū. Nō. n. mobile aliqd dī nūc: nisi sumptū vt terminat z cōtinuat p̄us z posteri in successiua duratōe: que rō oīo vnica est. vnde si eēt plures mūdi: z plura p̄ma mobilia: z ples p̄ oīs mot' p̄mi: z duo mot' p̄ticulares sil fierēt z simul finirent q̄tūcūq; nūc p̄ma mobilia essent multa: nihilomin' illi mot' simplr dicēnt eē i vno z eodē numero nūc terminati. Hoc autē alif susti- neri nō pōt nisi dicēdo ipm nūc consequi mobile cōiter sumptū sub rōe vnica fm oīa mobilia. p̄p̄ quā nō oī ipm multiplicari multiplicatis mobilib' bus. Sciendū est autē q' q̄uis tēpus mēsurā sit oīs motus z oēm motū sequat modo p̄dicto. q̄a tū mīmo sui generis oīa mensurant. iccirco cum motus p̄mi mobilis sit mīm' fm tēpus inter oēs alios eo q' est velocior inter oēs ex tpe sibi appli- cato certitudinē accipim' de quantitate ipsius t̄pis fm q' oīb' alijs motib' correspondet. Ad p̄ma autē duo argumēta iā in determinatōe nūsum est.

Ad tertū dicendū q' z si māle nō sit rō eēndi simplr: est tū rō eēndi aliquid aliquo modo. Qd' enī nec est rōne māe nec rōne actus: simplr nō ē. Quod autē suā formalitatē habet: opletū est. Qd' vō est rōne ei' qd' sibi māle est: nō autē hz formali- tatē suā: habet quidē entitatē s; ipsectā: z sic se hz tēpus sine aīa. Ad quartū dicēdū ē q' nō totūz id qd' est tēpus: ab aīa z in aīa ē: sed partī in aīa z partī in re extra vt expositū est. iccirco ens ratiōis non est: z sic patet.

Questio tertiadecima.

Questio tertia

q

decima est. Utrū graua z leuia moueāt seīpa. Et videtur q' sic. Que. n. nālīter mouēt ex se mo- uent. qz natura est p̄ncipiū mo- tus ei' in quo est: s; graua z leuia nālī mouēt. q' ex se mouent. P̄. que hnt in se p̄ncipiū sui mo- tus: mouēt seīpa. sed graua hnt in se grauitatez q' est eis p̄ncipiū sui mot' deorsuz: z leuia hnt in se leuitatē que est p̄ncipiū mot' sursum. igit' graua z leuia mouēt seīpa. P̄. qd' ab extrinseco motore mouet: q̄to est mīm' rāto pōt citi' moueri. s; citi' mouet mai' grāue deorsuz q̄ minus: z mai' leue citi' q̄ min' rēdit sursum. igit' ipa nō mouēt ab ex- trinseco motore sed intrinseco: z sic mouēt seīpa.

P̄. vniū cōtrariozū natū est trāsmutare alteruz sed graue z leue sunt cōtraria. ergo graue sup leue positū mouebit ipm localr. sed hoc eē nō potest: nisi etiā ipm moueat. igit' mouet seīpm ad minus p̄ accidēs. P̄. p̄pa passio d̄sequit p̄ncipia intri- seca subiecti: s; moueri aut eē deorsū ē p̄pa passio ḡuis: z moueri aut eē sursum est p̄pa passio leuis. igit' etiā mot' sursum d̄sequit intrinseca p̄ncipia leuiū:

z mot' deorsuz d̄sequit p̄ncipia intrinseca grauiū.

P̄. mobile indiget motore extrinseco ad motū qm caret forā que ē p̄ncipiū mot' z nō qm hz eā. q' ḡua z leuia qm actu ḡuitatē z leuitatē nō hnt ad suū motū indiget nō motore extrinseco: nō autē h' indigere debēt qm illa hnt fm actū. ¶ In huius ē qz p̄hs in. viij. physicoz dicit q' ḡua z leuia i se ipis nō hnt p̄ncipiū mouēdi nec faciēdi s; patiēdi solū. R̄ideo ad hui' qōis itelligētā cōsiderādū ē q' hui' p̄pōis qua dī. ḡua z leuia mouēt seīpa: triplex pōt eē intellect'. Nā vno mō pōt itelligi q' graua z leuia moueāt seīpa p se z p̄mo: ita scilz vt dicat q' graue sic mouet seīpm q' totū s; q' totū est mouēs: z totū fm q' totū est motū. Secun- do autē mō itelligi pōt q' ḡua z leuia moueant seīpa nō quidē p se z p̄mo s; secundario: qz p̄ pres- suas vt p̄ tāto dicant se mouere: quia nō mouent neq; mouent' p̄p̄ aliqd extraneū a se: s; mouent rōne vni' p̄tis sue z mouent' rōne alterius. Scdm etiā q' dicim' aīal mouere seīpm: qz mouet ratiōe vni' p̄tis sue: vtputa rōne aīe. z mouet' rōe alteri' s; ratiōe corpis. Tertio vō mō itelligi pōt q' mo- ueāt seīpa: nō qdē p se z p̄mo: nec p se z secundario s; oīo p̄ accūs. vtpute si ideo dicant se mouere q̄a moueāt aliqd extra se ad cui' motūz sequat mot' ipoz. fm etiā q' natura mouēs nauim dicit' seīpm mouere p̄ accūs. qz. i. nō mouet se nisi inq̄tū mo- uet nauim: ad cui' motū seq̄t mot' ei'. z qz plibus modis q̄ p̄dictis nō pōt aliqd effectiue dici seīp̄z mouē: nōcēm ē si nllō p̄dictoz mōz ḡua z leuia se ipa mouēt p̄nt: q' nllō mō ex seīpis moueant. Qd' autē p̄mo mō nō possint se mouē de facili appet si cōsiderēt ea q' ponit Ar. in. viij. physicozū. Adducit enī ibi duas rōnes ad cōndēdū q' nihil totū possit se totū mouē. Prima autē rō ei' est. qz mouēs inq̄- tū hmōi: hz rōne influētis motū: mobile vō hz rō- nē suscipiētis motū in fluxuz a mouēte. Influere autē z recipe: z agē z pati: sunt opposita. opposita vō non p̄nt eīdē sil fm idē ouenire. q. n. sil insunt eīdē z fm idēz: nec sunt diuersa genē: nec diuersa spē: nec diuersa nūero. nā ea q' sunt diuersa genē: sunt opposita dispate. dispata vō nō dēminat' si- bi idē suscipiēt' p̄p̄uz: s; diuersa. vñ q' in eodē z s; idē se cōpatiūt nō sunt dispata: nec p̄ oīs diuersa genē. nō sunt etiā eadē genere. p̄cio: z diuersa spē. qz talia nūq; in eodē z s; idē se cōpatiūt: sicut ma- nifeste appet in singulis inducēdo. Nō. n. idē z s; idē pōt esse sil hō z asin'. nec albū z nigrz: nec oul- ce z amāz: z sic de singulis: nō p̄nt etiā eē diuersa numero. qz accūsia numerat' ad numeratōez sub- iectoz. vñ si sint eadē spē z fiat circa idē z fm idē nōcēm tūc est q' sint eadē numero. Si igit' oīo ipof- sibile est opposita eē eadē spē genē z numero: oī q' impossibile etiā sit opposita sil inesse eīdē z fm idē. Nihil igit' idē z s; idē pōt sil mouē z moueri. Si ergo graue z leue totū z fm totū mouet: ipof- sibile est oīo q' totū z fm q' totū illo motū moue- atur. Secūda autē rō p̄bi est. q̄a ipossibile est sil

idē esse et nō esse. Qd̄ autē ē actu: hoc inq̄tū hmōi
 habet esse. quod vero est in potētia: hoc q̄tū est
 de se nō est. qz potētia nō est eēndi rō sed act⁹: tē
 ipossibile est idē et fm idē sil' esse actu et potentia.
 Qd̄ autē mouet est actu inq̄tū hmōi: et qd̄ mouet
 fm qd̄ hmōi est in potētia. quozū rō est. qz mouē
 est quoddā agere: et moueri ē pati a mouēte. agē
 autē est act⁹ secūda qui necō p̄supponit actu primū
 qui est forma que est rō essendi. vñ nihil agit nisi
 fm qd̄ est actu. ratio autē patiēdi nō est act⁹ sed po
 tētia receptiua alicui⁹ act⁹ ab agēte. Sic ergo mā
 festū est qd̄ nihil mouet nisi qd̄ est actu in quātū
 hmōi: et oē quod mouet fm qd̄ hmōi: ē in potētia
 vnde etiā mor⁹ est act⁹ enis in potētia. ipossibile
 est igit' idē et fm idē sil' eodē motu mouere et mo
 ueri. Si igit' totū graue moueat ita. f. qd̄ totū sit rō
 mouēdi: ipossibile est oīo qd̄ totū sit rō qre moue
 at. q̄a tūc idē et respectu eiusdē eēt ratio eēndi in
 actu et eēndi in potētia. qd̄ stare nō pōt. Sic igit'
 est manifestū qd̄ graua et leuia seipsa mouē primo
 mō non pōt. Tertia autē declaratio eiusdē sumit'
 ex libro. p̄li. Ad cui⁹ intelligētia cōsiderādū est qd̄
 sicut intellect⁹ nō intelligit seipm nisi supra seipm
 reflectat vel ouertat: sic etiā nihil agit in seipsum:
 nisi p̄ sui supra seipm ouersionē. vnde quod seipz
 mouet: oīo qd̄ supra se ouertatur. et si totū mouet se
 totū: necm̄ ē qd̄ totū ad se totū silr ouertat. Totū
 autē est idē quod oēs p̄tes. vnde totū ouerti ad to
 tū idē est qd̄ oēs partes ouerti supra se. et hoc est
 idē quod quālibz partē ouerti supra se et omnes
 alias. Qd̄ autē supra aliquid cōuertit': ab eo ad qd̄
 ouertit' nō distat cū supra ipm ponit' esse ouertit'.
 ponere igit' oēs p̄tes ouerti ad oēs: est subtrahere
 ab eis oēm distantiā. partiū autē subtracta distan
 tia: subtrahit' quātūtatē extēsiō. hac vō subtracta
 tollit' diuisibilitas cōtinui et remanet qd̄ simplex et
 indiuisibile. Si ergo ipossibile est qd̄ ḡua et leuia
 sint simplicia et indiuisibilia relinq̄t' dicēdū qd̄ im
 possibile sit in grauib⁹ et leuib⁹ ponere qd̄ totūz re
 deat supra totū: et p̄ oīs ipossibile est qd̄ ḡue et
 leue: totū et fm qd̄ totū se moueat. posset autē ad h̄
 idē deduci etiā rō p̄hi in. vij. physicoz: sed p̄p̄ bre
 uitate dimittat'. Manifestū est igit' qd̄ p̄m̄ intelle
 ctus pōis qua dicit' graua et leuia mouere seipsa:
 stare nō pōt. Qd̄ etiā nō possit stare intellect⁹
 secūda p̄bat Ar. in. vij. physicoz triplici ratōe. Et
 p̄ma quidē rō ei⁹ est. qz qd̄ est p̄p̄z viuentiū: non
 pōt nō viuentiū ouenire. Ex se autē sic moueri qd̄
 vna ps sit mouēs et alia mota est p̄p̄z viuentiū: et
 graua et leuia nō viuūt. nō pōt igit' hoc cōuenire
 eis. Qd̄ autē hoc sit p̄p̄z viuentiū sic declarat'. In
 lud. n. p. qd̄ p̄mo et vltimo iudicam⁹ alia viuere. p̄
 p̄m̄ est viuētū aialū. iudicam⁹ autē p̄mo et vltio
 viuere ipa aialia p̄ h̄ qd̄ ē ex se moueri. Quācūto
 enī p̄cipim⁹ aial se mouē: dicim⁹ qd̄ viuūt: et si p̄dat
 sensum discretiōne victoriā et oīa talia: vñ tamen
 retineat hoc quod est moueri ex se ipm viuere iu
 dicam⁹. statim autē qñ desinit habere motū ex se:

dicim⁹ ipm esse vita p̄uatū. ergo manifestū ē qd̄ ex
 se moueri est p̄p̄m̄ aialū: et p̄ oīs ḡuib⁹ et leuib⁹
 ouenire nō pōt: et maxime sic ex se moueri qd̄ vñ
 locū totalit' dimittēdo transeat ad aliū. Quāto. n.
 aliquid formā inferiorē et impfectiorē habz: tāto
 inferiorē opationē participat. videm⁹ autē qd̄ ex se
 moueri supradicto modo nō quibzscūq: viuēti
 tum conuenit sed p̄fectiorib⁹ solūz. viuētia. n. que
 vltra vitā vegetatiuā participāt vitaz sensitiuā p̄
 fectiorē: motu supradicto se mouent: et nō solum
 dilatatiōis et constrictiōis motū: qz augmēti et de
 cremēti. viuētia vō que participant vitā sensitiuā
 min⁹ p̄fectā: vtpote habentia solū tactūz qualia
 sunt animalia terre affixa seipsa sic fm locū mouē
 non possunt. vt videlicz locū vñ totaliter dimittē
 do transferāt se ad aliū. Sed mouēt seipsa localit'
 solū fm dilatatiōem et cōstrictiōem. viuētia vō ad h̄
 min⁹ p̄fecta etiā qualia sunt participātia vita ve
 getatiua solum inueniunt se nō mouere: nec motu
 p̄cessiuo: nec motu dilatatiōis et constrictiōis:
 sed solum motu augmēti et decemēti: et alijs sibi
 annexis. Scdm̄ hoc igit' ea que sunt infra gradūz
 viuētiū vita vegetatiua: opozt qd̄ nec motu loca
 li se moueant de vno loco se totaliter trāfferēdo
 ad aliū: nec fm dilatatiōem et constrictiōem: nec
 motu augmēti: nec motu alteratiōis. talia vō sunt
 ipsa graua et leuia. Est etiā considerandū qd̄ quia
 forma est p̄ncipiū mouēdi et opandi: necessariū ē
 qd̄ sic diuersimode res se habeāt ad mouēdū: sic
 se habēt diuersimode ad habere formā. Est autēz
 quoddā ens quod nō pōt in seipso habere nisi for
 mam suam tñ. quoddā vero est quod habz etiāz
 formā alterius. hanc vero non potest ita habere:
 qd̄ ad eius aliquale p̄fectiōez p̄tineat: nisi tñ sub
 eē intēionali quo mō pōit esse i virtute app̄hen
 siva: per quā vltēr⁹ p̄tatur appetitiue. vnde que
 habent in se formā suam et formā etiā alteri⁹: exi
 stentē sibi operādi p̄ncipiū: necessariū est qd̄ aialia
 sint aia apprehēdēte. Contingit autē aliqua in se
 habere et per se accipere formā alteri⁹ absēntis qd̄ez
 siue fm locū distantis: sicut sunt animalia p̄fecti
 oīozes sensus habētia. et ex hoc contingit qd̄ talia
 moueri possunt ad aliquid distans: totalit' se de
 vno loco ad locum aliū transferēdo. Aliqua vero
 sunt que in se habere nō possunt formāz alterius
 et distantis sed solū p̄sentis fm locū: sicut anima
 lia que habēt solū sensum tactus. vnde et talia de
 loco ad locū se totaliter transferre nō possunt sed
 solū ad conueniēs p̄sens localit' fm quandā di
 latatiōem mouent. Alia vero omnia et viuētia et
 graua et leuia que formā alteri⁹ et p̄ncipiū opan
 di non habēt: nec absēntis neqz p̄sentis: nō poss
 unt nec primo nec etiam secūdo se mouere s̄z lo
 cum. sed posita in eo loco qui eis fm formā suam
 naturalē debetur: ibi immobiliter quiescūt. extra
 ipsum vero posita in ipsum redūt naturaliter per
 virtutē illius agētis quod eis p̄us cōtulit locūz et
 formā p̄p̄m̄. hec autē oīa cōueniētia sunt valde.

Questio

ex quo enim se mouere consequitur formā magis a materia eleuata: rationale est ponere quod graua et leuia que formā habēt omnino immerſam materie: ſe localiter mouere nō poſſunt. **S**ecūda autem ratio philoſophi eſt ad idem probandū. quia que mouent ſeipſa: poſſunt etiā facere ſtare ſeipſa: ſed graua et leuia non poſſunt facere ſtare ſeipſa: quoniam potius poſita extra ſua loca de neceſſitate mouentur niſi impediunt. igitur graua et leuia nō mouentur ex ſe: ſed ab alio. Ad huius autē ratiois intelligentiā conſiderandū eſt. quod omne liberū in quibus huiusmodi in agendo habet dominū ſui actus. liberū autē dicim⁹ quod eſt ſuimet gratia et nō alterius: ut habet in primo methaphiſice. Seruus autē nō eſt ſui: ſed domini. domin⁹ autē in quantum huiusmodi: non eſt iam alterius. unde et liber⁹ in operādo eſt quod ex ſeipſo operat⁹. Quod enim ex ſeipſo mouet ſim hoc ad moueri libere ſe habet: et per ſequeſ neceſſariū eſt quod habeat dominū ſui motus: quē admodū etiā id quod moueri et operari non habet ex ſe ſed ab alio: nō eſt liberū in quantum huiusmodi: nec habet etiā dominū ſui actus. Si ergo graua et leuia ex ſe mouent: neceſſariū eſt quod ipſa in ſe habeant dominū ſui motus. Quod autē in ſe habet dominū ſui motus: in ſeipſo habet quod moueat. aliter enim ad moueri nō libere ſe haberet. Quod autē tale eſt: nō neceſſario mouet. ergo ſi corpora graua et leuia extra ſua loca poſita non niſi ex ſe mouent: ſequitur neceſſario quod tunc libere ſe habeant ad hoc quod moueant et non moueant. Sicut igitur ſi mouentur ex ſe ſunt ſibi cauſa motus: ſic etiā ſequitur quod poſſunt tūc ſibi eſſe cauſa quietis. quod eſt impoſſibile. ergo impoſſibile eſt quod graua et leuia moueantur ex ſe. **T**ertia autē ratio philoſophi ad idem probandū eſt. quia in omni eo quod ex ſe mouetur oportet eſſe partes diuerſas: quarū vna ſit mouens: et reliqua mota. In grauib⁹ autem et leuib⁹ hoc accipere nō contingit. Omnes enim partes ipſorum ſunt ad inuicē conſite et cōtinue. ergo graua et leuia nō mouent ſeipſa. Ad hui⁹ etiā rationis euidentiam conſiderandū eſt. quod alia eſt ratio mouētis: et alia moti ſim quod ex ſuperiorib⁹ patet. unde et partes ita ſe habēt: quod vna mouens eſt et altera mota: oportet ſim rationem eſſe diuerſas. tales autem partes in moto ex ſe poni nō poſſunt: niſi vel quātitatē vel eſſentiales. partes autē quātitatiue grauiū et leuiū ſunt omnes eiūſdem rationis. Unde etiā ſicut per ſe apparet nō poſt dari: quare magis in eis vna pars ſit mouens quā alia. Partes autē eſſentiales in eiūſdem dari nō poſſunt: niſi materia et forma vel etiā ut omnis cauillatio tollat materia ſtans ſub perfectiōe corporeitatis: et forma naturalis ſim quod conſtituit tale corp⁹ naturale: vtpote graue vel leue: et ſic de alijs. Si igitur iſte partes nō ſic ſe poſſunt habere: quod vna ſit mouētis et altera mota: neceſſariū tūc erit quod nullo modo quantum ad ſecūdū propoſitiōis intellectū: graua et leuia moueant ſeipſa. Ad intelligendū autē quare dicte partes ſic ſe habeant

re nō poſſunt conſiderandū eſt quod mathematica dicunt eſſe immobilia et abſtrahere rationem ſuam a motu: nō propter aliud niſi quia ſim rationem abſtrahunt a naturalib⁹ qualitātibus que ſunt principia ſingulorū motuū. Naturalia vero ex oppoſito iccirco dicunt eſſe mobilia concernētia motum: quia dicte qualitates concernūt. Tunc autē ita eſt quod materia prima quantum de ſe eſt abſtrahit ab omnibus qualitātibus naturalibus: ſumpta etiā ut ſtans ſub perfectiōe corporeitatis: nullam ſim quod huiusmodi naturalē qualitātē concernit. quia corpus ſim quod huiusmodi: nō magis eſt quid naturale quā quid mathematicū. Concernit autē naturalē qualitātē ſumpta ut ſtans ſub forma aliqua naturali: vtpote ſub forma grauis vel leuis ad quā conſequitur qualitas naturalis que eſt grauitas: vel qualitas naturalis que eſt leuitas. Solum igitur ſumpta ut ſtans ſub grauitate et leuitate mobilis eſt. et hoc ipſum eſt ſibi principium et ratio mobilitatis. et quia ultra hoc in ſubſtantia et leuib⁹ aliud nō inuenitur: concluditur euidenter quod nihil in eis ſit quod rationem mouētis habeat. Quod autē philoſoph⁹ dicit omnes partes talium eſſe conſitas et cōtinuas: ad partes qualitatiuas referuntur: quas oportet ad inuicē eſſe aliquo modo diſtinctas: ſi vna debet eſſe mouēs et altera mota. Sic igitur manifeſtū eſt quod non poteſt ſtare graua et leuia ſic mouere ſeipſa: quod vna pars ipſorum ſit mouēs et altera mota. **T**ertio autē modo vult cōmentator quod poſſunt ſeipſa mouere. At enim quod graua et leuia poſſunt eſſe in duplici potētia. quia eſſentialem et accidentalem. in potētia quidē cōtinua ſunt quādo formā cōſtitutiuā eſſe grauis vel leuis actu nō habent: ſed potētia. Et quia nihil potētia tranſmutare ſeipſum de nō eſſe ad eſſe: indiget tūc extrinſeco motore qui reducat ipſa ad actū. Quādo autem actu ſpēm ſuā et nām habent: nām eſt quod quātū de ſe eſt actu habeat et locū: et alia que talem ſequitur nām ſed ſi extra locū tūc ſunt: hoc nō potēt eſſe. quia nām non habeat per quā eis ille loc⁹ debet: ſed quia per aliud impediens prohibent ibi exiſtere. et ſic ſunt nō eſſentialiter ſed per accidēs tūc in potētia ad propriū locum. unde et indiget motore per accidēs vtpote eo quod remoueat prohibēt. h. n. remoto ſtatim ſunt deorſum. h. autē ipſamet mouēt et remouent: ad cuius motū ſequitur vltim⁹ motus ipſorum: et ſic per conſequens mouent ſeipſa per accidēs. **Q**uod autē iſta poſitio nulla ſit: de facili demōſtraſt. **E**ſt enim duplex mouēs. quia mouens motum: et mouens nō motum. Mouens autē nō motum illud dico quod dum mouet: ipſum nō mouet: nec per ſe: nec per accidēs: cui⁹ mouētia ſunt ipſe ſubſtantie ſeparate. Mouens vero motū eſt duplex. **U**nū quidē quod ex ſe ſimpliciter nō habet quod moueatur dum mouet immo potēt mouere immobile manēs: ſed quod moueat cū mouet accidit ei ex hoc quod ipſi mobili cui inſluit motum eſt in eſſendo cōiunctū. iccirco neceſſariū eſt quod moueat ad motū eius: et tale mouens eſt anima. Aliud eſt mouens

Quid sit
ad
mouens
ma

mouetore

quod est nō per accidens sed per se mobile: sicut est omne corpus: 7 tale de necessitate mouet euz mouet. Quia vero motus prioris mouētis sibi non conuenit nisi propter mobile cui in essendo cōiungitur: necessariū est qd prius non tēpore sed nature ordine talis motus intelligatur in mobili q̄ in mouente. de motu autē secūdi mouētis hoc dici non potest. Si enī per prius nature ordine intelligat in mobili q̄ in ipso: 7 per consequens sibi non cōuenire nisi per mobile: necessariū erit concedere sicut 7 de alio: qd ipsū quantū de se ē possit mouere non motū: 7 qd moueat dum mouet: sibi non cōueniat nisi per accidēs. quod totū est impossibile 7 cōtra ratiōem mouētis corporei. Necessariū est igit qd prius ad min⁹ prioritate nature persistat motus in ipso: q̄ in eo quod mouet per ipsum: consimiliter necessariū est qd talis motus per se 7 non per accidēs sibi cōueniat. De hoc igitur motu per prius 7 per se sibi debito 7 non per accidēs siue propter mobile est questio per quid effectiue sibi conueniat. Si enim dicat qd ipm habet a seipso: necessariū erit cōcedere qd seipsū moueat per se: 7 non per accidens. quia sicut ostēditur est: talis motus per prius 7 per se sibi conuenit: et non per mobile: cū presupponat a motu talis mobilis. Hoc positioe igit repudiata cum alijs dicendū est qd grauiā 7 leuiā effectiue nullo modo mouentur ex seipsis. Ut autē videat quid sit illud a quo effectiue mouent: considerandū est qd vniū quodq; ab eodem accipit operatiōem 7 necessitatem operādi siue idem est per quod alicui competit qd stet sub aliqua operatiōe: 7 per quod ei ad huc imponit necessitas. Necessitate autem tale vniū quodq; accipit ab eo a quo sumit formam q̄ est principiū determinate operatiōis. formā autē accipit vniū quodq; a generante. Est vero duplex generans. quia particulare: 7 vniuersale. Et particulare quidē in virtute vniuersalis generat: sicut etiam vniuersaliter agens secūdū agit in virtute priorū. pncipaliter ergo 7 maxime accipit formas 7 necessitate ad operatiōem ipsum genitū ab vniuersali generante. ab ipso ergo sumit etiā qd stet sub tali operatiōe. Hoc igit subtracto qd genitū nō remanebit sub virtute eius: oportebit qd nullam necessitate teneat ab ipso: nec habeat per consequēs actū quem habebat prius. Et hoc quidē est vniuersaliter verum: tam in volūtarijs: q̄ in naturalibus agentibus. Si enim agens tolleret increatū a quo est omnis inclinatio in bonū: volūtas in bonum non tenderet amplius: nec etiā ratio volūtatē remaneret. q̄ ad ipam pertinet vt in illud qd est bonū inclinē. sic etiā si generās vniuersale: vt puta si spera celestis tolleret: necessario tolleret quantū est de ordine naturali a corporib⁹ inferioribus inclinatio ad locū sursum 7 deorsum: 7 per consequēs nec ea q̄ modo grauiā sunt tenderēt deorsum: nec ea que sunt leuiā tenderēt sursum. q̄ nec grauiā grauitatē: nec leuiā tūc leuitatē retinerent.

rent. vnde 7 si quod est pōderis modo mille librarum tunc acciperet: nō magis pōderaret q̄ vna pluma. Sic igit necessariū est dicere qd per virtutem vniuersalis generātis tendat deorsū: grauiā: 7 leuiā sursum. Verūtamē considerandū est qd virtus vniuersalis generātis non est de se terminata ad hunc effectū vel ad illum. 7 ideo si debz determinatū pducere effectum: necessariū est qd per aliū quid determinet ad productiōem eius. ad producendū autem determinatā formā: determinatur per agens particulare. sed ad efficiendū determinatū motum determinatur per formā naturalem mobilis ad quod consequit certa inclinatio. vnde per grauitatē que est in grauius: determinat ad mouendū grauiā deorsum. 7 per leuitatē que est in leuius: determinat ad mouendū ipā sursum. Ad ergo argumentū dicendū est qd que naturaliter mouent locali motu: mouent ex se. non q̄ habeant sui motus principiū effectiū: sed formale quod est ipā forma per quā determinatur ad hoc qd sine particulari motore tali motu moueantur 7 non alio. Et per hoc patz ratiō ad secūdum. Ad tertium dicendū est qd mobile quāto minus habet de eo per quod inclinā in terminū ad quē a naturali motore mouetur: 7 plus de contrario tanto tardius mouetur. 7 e cōuerso. quāto de contrario habet 7 de conueniēte magis: tanto mouetur velocius. per grauitatē autē grauiā inclinānt ad motū deorsum: ad quem ab vniuersali generante naturaliter mouent. 7 iccirco quāto grauiora sunt: tanto citius descendūt. Ad quartum dicendū est qd vniū contrariōū natū est transmutare aliud: presupposita virtute vniuersalis generantis. Ad quintū dicendū qd moueri naturaliter 7 nō mouere: est propria passio supradictōū. Ad sextū dicendū qd mobile quādo caret forma: indiget extrinseco motore: 7 ad acquirendū vbi: 7 ad acquirendū formā per quā ad illud vbi determinat. quando vero formā habet: indiget quidem extrinseco motore non ad acquisitionem forme per quā ad vbi determinet: quia istaz iam habet: sed ad acquisitionem loci ad quē per talem formam inclinatur.

Questio quartadecima.

Questio quarta

de cetero est. Utrū in subā sit mot⁹. Et videt qd sic. Quia cōtrariōū effectiū cōtrarie sunt cause: sed proprietates ignis 7 aque sunt cōtrarie. q̄ etiā forme subāles eoz que sunt cause talū ppetatū: erūt ad inuicē cōtrarie. s̄ in cōtraria est mot⁹ q̄ in cōtraria subāles: 7 p cōtraria in subā erit motus. In tertio physicoz dī qd mot⁹ est in trib⁹ p dī camētis. s̄ in subā: q̄ tate: q̄ litate: 7 vbi. s̄ forma q̄ in sua eēntia hz gradū 7 gradū inducī non

Quid sit illud a quo effectiue mouentur grauiā

Questio

subito: et sic per motum. scilicet forma subalternis in sua essentia habet gradum et gradum. quia superior continet totam inferioris perfectionem et adhuc amplius. scilicet. *¶* Dispositio que est necessitas ad formam quod est altior: tanto perfectione formam ponit. scilicet talis dispositio ad formas eiusdem speciei potest esse altior et inferior. scilicet etiam in forma specifica subest esse dare gradum perfectionis in essentia superiore et inferiori. *¶* Forma eque perfecte in essentia potest esse equaliter perfecte magis. si igitur omnes forme subalternis eiusdem speciei et per omnes rationales anime sunt eque perfecte in essentia sequitur quod anime generant non magis se habent ad perficiendum generantur quam generantur corporum. quod est oio finis. quia tunc quilibet anima separata indistincte se habet ad cuiuscumque hominis defuncti corpus in resurrectione corporum informandum.

¶ Gradus dispositionis qui est in inductione ultimi: est in abiectioe primi. Est autem ultimus in inductione ille qui manum necitat ad formam. scilicet iste dicitur esse quod primo in abiectioe a materia abiicitur. *¶* Ostenditur autem quod non statim cum aliquid tollitur de dispositione: subalternis forma tollitur. talis autem gradus non erat necessitas ad totam formam: sed solum ad supremum gradum eius qui ipso inducto inducitur et abiectio abiicitur. scilicet subalternis forma inducitur et abiicitur per successionem et non subito. *¶* Altior virtus altior est consequens essentia. scilicet virtus generantia que consequitur animam viri est altior quam virtus conceptiva que consequitur animam mulieris. scilicet et essentia illi anime est altior quam essentia istius. *¶* In omni mutatione est prius et posterius que non sunt sine tempore: quod est mensura motus: scilicet generatio est mutatio. scilicet mensura tempore: et est motus. *¶* In divinis autem est quod philosophus determinat in quanto physicorum: quod in subalternis non est motus. *¶* Ratione si de hac questione credat sentientium esse philosopho cito nos de ipsa poterimus expedire. probatur enim in quanto physicorum duplici ratione quod in subalternis motus esse non potest. Quartum quod est una sumitur ex habitudine terminorum vel extremorum motus. Secunda vero accipitur ex conditionibus subiecti. Et ratio quidem sumpta ex parte terminorum est. quia omnis motus est inter contraria. subest autem nihil est contrarium. ergo in substantia non est motus. *¶* Expositio autem huius dicitur que data quibusdam oio est contraria intentioni Aristotelis. Dicitur enim quidam quod de transmutatione substantifica loqui possumus dupliciter. quia vel quantum ad introductionem ultimi gradus: et sic ipsa non est motus. vel quantum ad introductionem totius nature precedens gradum ultimum: et sic talis transmutatio est motus. Et primo quidem modo secundum eos intendit Aristoteles. excludere motum a substantia: non autem secundo. *¶* Sed quod ista solutio sit omnino contra philosophi intentionem tripliciter apparet potest. Primo. quia motus per tanto reponitur in aliquo predicamento. quia aliquid illius predicamenti inducitur per motum. Quia enim aliquid quantitas naturalis et aliqua qualitas et aliquid ubi per motum acquiritur: igitur motus in predicamento ubi quantitas et qualitas ponitur. et videtur in omni eo predicamento necesse est sic esse motum cuius aliquid per motum acquiritur. nunc autem ita est quod forma subalternis non solum quantum ad gradum ultimo inductum: sed etiam quantum ad totam naturam precedens gradum illum pertinet ad predicamentum subest: et per omnes necesse est quod in substantia sit motus et predicamento subest si non illa inducitur per mo-

tum. vanum est ergo quod Aristoteles simpliciter asserit in predicamento substantie non esse motum. Secundo autem habet apparet ex ipsa ratione Aristotelis. Assumit enim quod omnis motus est inter contraria: et per consequens si inter formas substantiales cadit motus: necessarium est quod ipse habeant ad invicem contrarietatem. sed ulterius assumit huius oppositum: videlicet quod substantie nihil est contrarium. et ex hoc concludit quod in ea non sit motus. Quicumque igitur ponit aliquo modo motum in substantia: necessarium habet negare aut maiorem aut minorem oppositum Aristoteles. Tertio autem ex hoc apparet. quia secundum modum supradictum non solum a predicamento substantie: sed etiam a quolibet alio motus excluditur est. Luit declaratio est quia ratione eius quod subito vel in instanti acquiritur: in nullo genere motus ponitur est. Ultimo vero cuiuscunque nature gradus subito acquiritur. si enim acquiritur in tempore: necesse est quod aliquid eius acquiratur prius et posterius: et sic per consequens habebit partem et pariter. et erit ille gradus non unus: sed multiplex. ultimus autem gradus cuiuscunque nature est unum tantum: et non plures. ergo necesse est quod non in tempore sed subito acquiratur. Ratio igitur eius in nullo genere motus ponitur est. Si ergo propter ultimum gradum solum excludendum est motus a predicamento substantie: pari ratione excludi debet a quolibet alio predicamento. et tamen Aristoteles dicit quod motus est in quantitate qualitate et ubi: et non in substantia. manifeste igitur apparet quod supradicta responsio est oio contraria intentioni Aristotelis. Ratio autem sumpta ex parte subiecti est. quod sicut subiectum albedinis est album cum stat actu sub albedine: sic etiam subiectus motus necesse est quod moveatur: cum actu motum subiecti. nihil autem moveri potest: nisi sit mobile. Sed subiectum transmutationis substantifice que vocatur generatio et corruptio: est ens simpliciter in potentia: et nullo modo actu. et quod tale est: non est mobile. ergo generatio et corruptio non sunt motus. Quod autem ens quod nullo modo est actu: moveri non possit. Ex hoc probatur Aristoteles. quia quod sic se habet non est in loco: et omne quod movetur est aliquid. Non similiter autem exponitur huius rationis que data quibusdam extorta est et procedit ex parte vocis ignorantia. Dicunt enim quod transmutatio substantifica non est motus ratione subiecti generantis quia hoc est ens pure in potentia: sed est motus ratione forme que inducitur per ipsam. unde et ratio huius non autem ratione subiecti est motus in substantia. hoc autem est oio nihil. cuius declaratio potest esse. quia quibus motus reponatur in predicamento ratione forme que inducitur per ipsam et non ratione subiecti: eo quod nunquam subiectum producit per transmutationem illam cui subiecti: nunquam in motus esse potest sine proprio subiecto quod est ens mobile. unde si subiectum inductionis alicuius forme nullo modo sit mobile: talis inductionis nullo modo poterit esse motus. que admodum si illud quod subiecti inductionis qualitas utpote dealbationi nullo modo est mobile: impossibile foret ipsam alterationem esse motum. Et similiter necesse est dicere de quilibet alia transmutatione. nunquam enim inductionis alicuius forme potest esse motus si subiectum inductionis illius non sit mobile. Que admodum dicitur implicat cuius dicitur quod aliqua

forma est albedo cuius proprium subiectum non potest esse album. sic etiam manifeste implicat contradictionem cum ponitur inductio forme motus esse: cuius inductionis proprium susceptivum moveri non potest. concedere igitur quod transmutatio substantifica sit motus: et quod subiectum transmutatōis substantifice non sit mobile: non est aliud quam concedere contradictoria simul esse vera. Manifestum est igitur quod secundum Aristotelem necessarium est ponere: quod in substantia non possit esse motus. Si autem non tantum curam scire quod philosophus dicat quantum intelligere veritatem: oportet nos subtilius et diffusius procedere ad huius questionis declarationem. nam secunda ratio Aristotelem supponit quod omne mobile sit in loco quod non ponentes motum in substantia negarent de eo quod mobile est ad substantialem formam. Secunda vero ratio supponit: quod in substantia non sit contrarietas: quod etiam isti non concederent. Et si arguatur: quod contraria debent habere quandam latitudinem quas forme substantiales non habent. supponitur etiam tunc quod forma substantialis sit indivisibilis: quod isti non concedunt. Alias ergo rationes oportet adducere ad declarandum perfecte rationes Aristotelem. et quod in substantia non potest esse motus primo autem habet possumus declarare ex ipsis rationibus forme existentis in motu et forme subalternis. Ad cuius intelligentiam considerandum est: primo quid sit motus secundo quid sit proprium motus susceptivum. tertio utrum in primo susceptivo substantifico transmutatōis substantifice possit intelligi aliquod actu esse. Et quarto utrum forma in motu consistens presupponat esse in suo susceptivo proprio. Quantum autem ad primum considerandum est: quod motus secundum commentatorem est acceptio partis forme post partem. et non enim dicitur aliud motus ad formam nisi successivam et continuam forme acquisitionem. unde quod incipit moveri ad formam per motum acquirendam incipit ipsam formam acquirere: sicut quod incipit dealbari: incipit acquirere albedinem. Et quia in omni successione est dare prius et posterius igitur continuo continuata successiva forme acquisitione. necessarium est quod deus aliquid forme prius acceptum: et aliquid eius acceptum posterius. Aliis enim in acceptione forme non posset intelligi successio: nec per sequeles talis acceptio posset dici motus. Manifestum igitur quod motus ad formam est pars forme post partem: siue acceptio partis forme post aliam eius partem prius acceptam. Alterius quantum ad secundum considerandum est: quod proprium et immediatum motus susceptivum: est illud quod est proprium et immediatum receptivum cuiuslibet terminorum motus: que ad modum proprium et immediatum subiectum cuiuslibet colorationis est illud quod est proprium et immediatum susceptivum omnium colorum. cuius declaratio est: quod vniuersum et eiusdem nature: vniuersum et idem est subiectum proprium et immediatum quantum ad omnes gradus suos. vnde illud idem est receptivum gradus ultimi albedinis: quod est susceptivum omnium graduum precedentium. primum enim omnes ad vnam naturam: et vniuersum nature vniuersum est proprium receptivum. Et quia motus non est aliud ut declarauimus quam successiva et continua acceptio for-

me vel graduum formalium. subiectum autem huius acceptionis est illud quod continue accipit formam ipsam. concluditur euidenter quod idem sit proprium subiectum motus: et immediatum receptivum forme que inducitur per motum: et etiam forme que abicitur: quia idem est subiectum omnium illorum inter que cadit transmutatio per se: ut alias declarauimus. hoc viso consequenter considerandum est quantum ad tertium: quod nihil est actu nisi per formam: et quod forma accidentaliter ordine nature presupponit ante se formam substantialem. necessarium est ut quod caret omni forma substantiali careat simpliciter omni forma. et per sequeles necessarium est quod hoc quantum est de se nullum actu esse habeat. Primum autem et immediatum susceptivum transmutatōis substantifice est primum et immediatum receptivum omnium substantialem formam. et per sequeles necessarium est quod de se et natura sua nullam formam et nullum actu esse habeat. que ad modum etiam quod proprium colorationis receptivum est primum et immediatum susceptivum omnium colorum: nullum colore habet de se et natura sua. Alterius autem ad pleniorē quoniam intelligentiam: et etiam quod fuit quarto loco propositum considerandum est: quod si ens dicatur de subalternis et accidentibus: aliter enim dicitur de vno et aliter de alio dicitur. n. p. de subalternis: et posterius de accidentibus. Est enim subalternis simpliciter. accidentibus autem est ens secundum quod: et proprium ratio entis referuat in subalternis: posterius vero referuat in accidentibus. et quod posterius semper ordine nature presupponit primum. igitur co necessarium est quod accidentibus vel ens secundum quod: presupponat ante se subalternis vel ens simpliciter. si autem necessarium est ut esse secundum quod: quod est actu secundum quod entis presupponat ante se esse simpliciter. et per consequens: quod forma que est ratio eandem secundum quod: presupponat in suo receptivo formam que sit et ratio eandem simpliciter. nunc autem ita est: quod omnis forma in motu consistens est ratio eandem secundum quod. presupponit igitur omnis talis in suo receptivo simpliciter esse: et formam que est ratio essendi simpliciter. Ostensum est autem quod transmutatio substantifica in suo primo receptivo: nullam formam et nullum esse presupponit. necessario igitur concluditur quod ipsa non sit motus. quod autem omnis forma in motu consistens est ratio eandem secundum quod: et non ratio simpliciter eandem: de facili apparet: sicut enim ratio eandem album: est illud quo ablato totaliter auferretur esse album sic etiam ratio eandem simpliciter est illud quo ablato ab aliquo subiecto totaliter etiam ab ipso tollitur esse actu. nulla autem forma in motu consistens est talis. Quod enim mouetur habet aliquid de forma ad quam mouetur et si tollatur ab eo illud aliquid quod habet de forma ad quam mouetur: adhuc in ipso remanebit illud quod habet de forma ad quam mouetur: et e contrario. et quod quilibet eorum est ratio eandem. necessarium est quod nulla ipsarum sublata tollatur totaliter esse a suo susceptivo. igitur manifestum est quod nulla forma in motu consistens: est ratio eandem simpliciter: sed secundum quod solum vnde nulla talis potest esse subalternis forma. ex quo etiam apparet quod subalternis forma latitudinem non habet: propter quam subalternis dici possit cuius magis et minus. Secundo autem habet declarari potest ex ipsa consideratione maioritatis et minoritatis et magis et minus. Ad cuius intelligentiam etiam considerandum est: quod maioritas et minoritas dicunt quosdam respectus in quantitate fundatos

Questio

nam maioritas dicit quantitatis excessum. et minoritas dicit quantitatis defectum. unde prope maius dicitur quod plures partes quantitatis equeles vel quod plures de quantitate habet. Unde dicitur quod ab illa quantitate deficit. una autem species rei inuenitur ab alia deficere et aliam transcendere in gradibus perfectionum: et ideo nomen maioritatis et minoritatis conceditur ad eas transfusum. potest enim convenienter dici una species maior alia: ut pote quod continet plures gradus perfectionum quam alia. et sicut etiam minor dici potest: quod videlicet pauciores gradus continet ut sic maior una dicatur quam alia: pro eo quod est maioris perfectionis et complementi: secundum quem modum deum dicimus esse maximum: quod est maxime imo infinite perfectionis. quantum autem maioritas et minoritas sic in speciebus reperiuntur. non tamen ipse prope dici potest cum magis et minus. unde si albedo dici possit maior et minor non tamen ipsa dici potest cum magis et minus. hoc autem declaratio est: quod magis et minus dicitur quosdam respectus fundatos in participatioe aliquid ab aliquo ita quod ibi intelliguntur duo diuersa in eentia. scilicet participatio et participans. Et participatio quidem dicitur cum maioritate et minoritate. participans vero dicitur cum magis et minus. nam magis dicitur quod participat plus de participato. minus vero dicitur quod participat minus sub minori complemento quemadmodum magis albedo dicitur quod plures gradus albedinis participat: et minus quod participat pauciores. secundum hoc igitur apparet quod illud dicitur cum magis et minus quod non est species: sed spiritum participat et sic quod ponitur quod diuersum in eentia a specie participata. Albedo enim quod participat albedine dicitur magis et minus sed albedo quod non est participans imo participatio non dicitur magis et minus: sed dici potest maior et minor. et sicut si albedo non potest dici magis vel minus quam illa: quod tamen albedo posset dici cum magis et minus. quod falsum est. In accitibus igitur quod oppositum non est species: sed spiritum participans potest oppositum dici cum magis et minus: sed in substantiis ipsum oppositum est species: sicut homo vel asinus. non igitur tale oppositum cum magis et minus dici potest. unde homo non dicitur magis et minus: nec etiam hic homo: quod idem iudicium est de utroque. non enim hic homo dicitur aliquid diuersum in essentia ab homine: sed eadem est eentia huius hominis et hominis. **U**terum autem considerandum est: quod sic quod albedo dicitur magis et minus: necessarium est id a quo dicitur albedo: utpote ipsa albedo aliquam latitudinem habeat prope quam dici possit maior et minor: non autem magis et minus. sic etiam si homo dicitur homo habet latitudinem secundum quam maior et minor dici possit. ultra quod pro hominem aliquid ponatur diuersum in eentia ab humanitate: quod participatio ipsa dicatur magis et minus homo. sic etiam albedo aliquid ponitur in eentia diuersum ab albedine: quod participatio eam dicitur magis et minus albedo. hoc autem est omnino falsum: quod homo nullam aliam eentiam et nullam propter humanitatem ponit. unde non differunt in eentia homo et humanitas. propter hanc igitur eentialem identitatem sicut humanitas cum magis et minus: et albedo cum magis et minus non dicitur. sicut etiam neque homo: neque si vel illa albedo: et propter quod non habeat humanitas latitudinem propter quam dici possit ab homine. et ideo magis et minus participari ab alio aut non participat sicut albedo participat

